Auctores octo cum glossa
P. II: Theodulus: Ecloga,
[Strassburg, Jo. Knobloch, ca 1510] 4°.

Cop. 5 I-82, Pr. 8818

GW III 40

THEODOLVS CVM COMMENTARIO

PROLOGVS

Incipit prologus in Theodolum.

e Thiopũm terras iam feruida torruit estas
In cancro solis dum voluitur aureus axis.

Multi licet magno excellenti ingenio viri ad præsentis libelli expositionē se applicauerunt. tñ haud iniuria labor iste quem aggredior superuacuus atq̃ supfluus videbitur. dabo equidem operam quantũ magis valuero quominus superfluus reperiar: nec intendo quouis modo ab his quę ab alijs bene conscripta fuerunt ex arrogantia recedere. Scio nãq̃ dicente comico nihil esse iam dictum quod non sit dictum prius quare equũ est & nos cognoscere atq̃ ignorare que faciunt veteres: sic faciunt noui. Erit ergo modus ꝓcedendi talis: quia primo p̄mittitur textualis sententia. Deinde si opus fuerit amplior materie determinatio. & dicet̃ vnde originaliter sumpsit exordiũ. Demũ litteralis constructio & terminorũ grãmaticaliũ expositio nõ euagando aliquo modo extra materiã allegando alias fabulas. vel historias: quia ex talibus in se honestissimis quidē p̄sens liber totus cõtexit: Et ne a cõmuni & approbato inchoandi modo recedatur: vidende sunt causę operis & aliqua alia ad intellectum pleniorē conferētia. Causa igitur materialis est multitudo historiarũ biblie & figmentorũ poetarũ hic positorũ. vel causa materialis siue subiectũ est victoria veritatis supra falsitatē: quia circa illud versatur totũ opus. Causa formalis est duplex scilicet forma tractandi quę est modus agendi narratiuus: ꝓbatiuus: & cõfutatiuus. & forma tractatus quę est diuisio libri ꝑ partes principales: & illarũ subdiuisio ꝑ particulares. Causa efficiēs ē pene ignota. dicũt tñ aliqui ꝙ Theodolus ipm cõposuit. Alij dicũt ꝙ Ioãnes Chrysostomus doctor theolog⁹ eminētis sciētię. Alij dicũt alit̃. sed sup hoc nõ est curandũ multũ. Et ego credo ꝙ theodolus nõ sit ꝓpriũ nomē auctoris: sed nomē nouiter inuentũ & fictũ f̄m ꝓprietatē rei & materie: sicut in comedijs dauus quasi dãs vana. Causa finalis est vt videat̃ q̃liter a pseudo p̄dicatoribus & puersis hoĩbus veritas ipa sępe crimineṫ: tñ ipa vincit falsitatē. Ex q̄ patet vtilitas opis. Hortamur eñ in isto libello amare veritatē & fugere falsitatē & mēdaciũ: & credere ꝙ falsitas a veritate superat̃. ideo dicit Hiero. Vos nobiles aut ignobiles hæc est cõditio veritatis, vt eã semp inimicicię ꝑsequũtur: sic ꝑ adulationē punitiose amicicię cõsequũtur. & Chry. sup Matt. Nõ solũ ꝓditor veritatis est qui mendaciũ ꝓ veritate loquit: sed qui nõ libere ꝓnunciat veritatē quã ꝓnũciare oportet. Intētio etiã patet ex eodē. Titulus est talis. Incipit liber vel egloga Theo

doli. Et iste titulus innuit ꝙ Theodolus sit nomē auctoris. Vel dicatur sic. Incipit Theodolus vt Theodolus sit nomen huius ęgloge. sicut eunuchus nomen vnius comedię: sicut etiā tragedie ꝓprijs nominibus nominantur: sicut etiā intitulatur quelibet ęgloga Virgilij. Dicitur aūt Theodolus a theos quod est deus & dolus doli: quia in hac ęgloga agitur de veritate quę est ipemet deus: deus ē prima veritas: & de dolo. i. falsitate. Et ꝓ latiori declaratiōe sciendū est ꝙ ęgloga dicit esse vana descriptio buccolicorū: & est materia humilis, mores ꝑdicās per introductionē rusticarū personarū, vt pastorū: & dicitur ab egle quod est capra: & logos sermo quasi sermo caprin⁹. i. humilis: vel quia a capris & talibus ruralibus possessiōibus talis sermo sumitur. Et glosę cōmunes solēt sic distinguere tria genera ęglogarū: sed non videtur mihi salua reuerētia auctoris, ꝙ illa distinctio sit bene posita, aut consona dictis poetarū: ideo eam omitto. Vlterius considerandū est ꝙ inter omnes ęglogas & Virgilij & Francisci petrarche & aliorū: ista ęgloga videt̄ esse honestior: fructuosior & maiori artificio cōposita: & grauioribus sententijs plena: ideo merito vsus habet, ꝙ eam addiscāt iuuenes. & cōposuit auctor ad similitudinē vnius virgiliane quę incipit. Dic mihi dametha cuium pecus. Et hic recte idem ordo & modus ꝓcedendi obseruatur. hic seruat auctor legem amabei carminis sicut ibi. Pro quo sciēdum est ꝙ amabeum carmen sic dictum est ab inuentione. dicitur autem id in quo introducūtur persone altercantes. Et prima eius pars pro libito incipit. Secūda vero plus semper & maius vel cōtrariū aliquid vnde Seruius sic diffinit carmē amabeum, quod est, quotiēs qui canunt equali numero versuū vtūt̄: & ita se habet ipsa r̄nsio: vt aut maius aut contrariū aliquid dicatur. Vnde hic introducuntur tres persone scilicet pseustis. alithia: & phronesis. Per pseustim intelligimus falsitatē: quia pseudo est falsus propheta vel prędicator. per alithiam intelligimus veritatem: & dicunt aliqui alithiam. Et dicit̄ de alo is. & theos quod est deus. & per phronesim intelligit̄ sapientia vel prudentia. Et ꝓ isto aduertendū est ꝙ per pseustim possumus intelligere synagogā siue diabolū vel tempus ante tp̄s gratię. ꝑ alithiam ecc̄iam christianorū: cuius caput est christus & vicarius eius & minister est papa. Vel intelligimus filiū dei vel tp̄s gratię: quia lex noua vincit cerimonialia & figuras veteris legis. chr̄s vincit diabolū & infernū spoliauit. & tp̄s gratię dedit quod est tēpus aliud a tpe legis antiq̄: sic magis theologice declarādū eēt. Et ex hoc patz fruct⁹ qui latet sub hac ęgloga. & qualiter intelligi potest. Patet etiam quid intelligat̄ per ꝑsonas introductas sicut in Virgilio per dametā menalcā & palemonē: alię persone intelligūtur. Iste liber supponit̄ vel subalternatur theologicę scientię quantū ad moralem partem ipius

vel potius ethicę: hoc est morali philosophiæ: quia mores nostros cōponit & instruit. Istis p̄missis descēdo ad textum. ¶ Sciendum est ꝙ prima diuisio textus diuidit̄ in duas partes principales: in proemium scilicet vel exordium: & in narrationē vel tractatū. Secunda ibi. Primus chretheis &c. Et ista alias subdiuiditur. Prima quę incipit. Ethiopū terras: diuiditur in duas partes. Primo describitur tempus in quo facta est disputatio ista vel altercatio īter pseustim & alithiam. Secundo describit statum: dispositionē & modum vtriusq̧. secūda ibi. Cōpulerat q̧ suas. Et anteq̧ littera exponatur. p̄mittēdū est vnū quod dicit Brito in sua summa theologicæ scilicet ꝙ sacra scriptura quattuor modis exponitur. s. historice: allegorice: anagogice: & tropologice. Historia vt dicit Isido. primo ætymologi. est narratio rei gestę per quā ea quę in p̄terito facta sunt cognoscūtur. Allegoria est tropus quo aliud significat̄ q̄ dicatur. Item Donatus in barbarismo. vnde Allegoria est de vno ad aliud sermonis transsumptio. Et dicitur ab aloes quod est alienum & gore dictio vel locutio: quia aliud dicitur & aliud intelligitur. vnde allegoria multis modis sumitur. Quandoq̧ a persona: vt Isaac significat christum. Quādoq̧ a re quę non est persona: vt aries occisus significat carnē christi passam. Quandoq̧ a loco: vt christus p̄dicaturus ascendit in montē: vbi eminentia loci significat sapientiā eius: eloquentiam vel excellentiā. Quādoq̧ a numero vt app̄hendēt septem mulieres virum vnū. i. septē dona gratiarū. Quādoq̧ a tpe: vt nō sit fuga vr̄a in hyeme. i. gelicidio charitatis. Qn̄q̧ a negocio vel facto: vt interfectio Golie a Dauid interfectionē diaboli a chr̄o significat. Anagogia sicut dicit̄ in ꝓlogo eiusdē: spēs est allegorie sed differētia est: quia allegoria est mysticus sensus ꝑtinēs ad militantē ecclesiam. Anagogia vero est mysticus sensus pertinēs ad triūphantē eccl'iam. Vn̄ anagogia est locutio de terrenis: q̄ ꝑ terrena dat ītelligere supcelestia. vt in illis verbis ap̄li. Hierusalē quę sursum est mater nostra. Et dicit̄ ab ana quod est sursum & gogos ductio. Tropologia est sermo conuersus ad edificatiōem aīę, & morum bonorū informationē. Et dicitur a tropos quod est conuersio & logos sermo. Sicut cū dicitur ꝙ per hoc ꝙ Dauid interfecit Goliam: intelligitur ꝙ hūilitas deijcit superbiā: & sapientia vincit certitudinem. Et vt quattuor prædicta breuiter compræhendas: historia docet factum: tropologia faciendum: allegoria credendum vel intelligendum: anagogia præparandum. Exemplum in hac dictione hierusalem. historice enim nomen est cuiusdā ciuitatis. tropologice typus est animę fidelis. allegorice figura est ecclesię militantis: anagogice typum gerit ecclesiæ triūphantis. Ideo ista pręmittūtur: vt sciatur ꝙ aliquādo textus erit

exponendus historice aliqñ allegorice:& sic de aliijs. quibus pmissis insistẽdũ est ad expositionẽ textus. Dicit ergo ꝙ christus in quo primo cepit esse disputatio,& lis iter veritatẽ & falsitatẽ fuit tẽpus estiuũ in quo adurũtur terrę ethiopum,ppter excessiuũ feruorẽ in mense Iulij,in quo solis aureus axis dicit̃ volui & moueri in cancro signo celesti.Ista est textualis sentẽtia in qua oportet videre mysticum sensum latentẽ sub cortice:& põt esse duplex. Primus est,ꝙ estus & furor pctõrum iã effecerat hoĩes nigros sicut ethiopes & denigratos vicijs & sceleribꝰ qñ aureus ille & diuinꝰ axis solis.hoc est filius dei: qui est sol verus iusticię volutus est in vtero virginali per incarnationẽ.Secũdus sensus est iste,feruor tpis tribulationũ & psecutionũ iam labefactus vulnerauerat & cruciauerat fideles:qñ caro christi pciosa & aurea dignata est volui & cõuersari in hoc mũdo retrogrado gradiẽdi retro a veritatis trãmite. sequit̃ cõstructio ¶ Con. estas feruida.i.calida.torruit.i.torruerat. iam terras.i.regiões. & patriam ethiopum.i.illorũ populorũ.dum axis aureus.i.splendidus & lucidus ad modũ aurei solis qui est planetarũ lucidissimꝰ: voluit̃.i.mouetur in cancro.i.in hoc signo celesti: vel ly solis põt construi cum ly cancro.Et sic patet ex dictis:sicut per estatẽ debemus intelligere: vel potius quid per ethiopes:quid per solẽ:& quid per cancrũ:ideo cõstruendo illud nõ reperitur. ¶ Circa istam litterã est aduertendũ ꝙ auctor noster vtitur hic quadã figura quę dicit̃ chronographia: ꝗ interp̃tatur tẽporis descriptio:sicut poetę frequẽter tẽpora describũt Vnde est illud Chronographia solet certũ describere tẽpus. Itẽ qñ exponitur torruit.i.torruerat ponit̃ tẽpus,p tẽpore: & est alia figura locutionis quę dicitur antithesis.iuxta illud. Sæpius audiui tẽpus p tempore poni.Item ſm aliquos quando dixit textus aureus axis solis est synecdoche locutiõis: quia ibi p axem solis intelligitur ipse sol qui in singulis mẽsibus signa peragrat & mouetur in eis. Et qualiter hoc intelligitur videatur in tractatu de sphera: quia illud declarare hic esset friuolum & superfluum: & mittere falcem in messem alienam.quia hic sunt tm̃modo poeta,historicus,& grammaticus. Et sic ergo in hoc textu ponitur pars pro toto:iuxta illd'. Si partem sumas pro toto vel viceuersa:Synecdochen facias &c. Postremo inspiciendum est aliqualiter expositioni grammaticali singulorum terminorum istorum primorum versuum & in seqũtibus terminis:licet iste possent interim declarari:sed quoniam hoc esset nimis,plixum:ideo tm̃modo tangam difficiliores dictiones: de quibus & etiam de aliijs si latius videre quis voluerit videat Papiam. Huguitionem.Britonem. Catholicon.Breuiloquum & similes.Ethiopum hic & hęc ethiops nomen gentile deriuatur ab ethiops. vnde dicit

Hugui. Ethiopes dicti sũt a filio Cham: qui vocat⁹ ẽ chus a quo ori ginem traxerunt: chus enim hebraica lingua ethiops interpraetatur inde dicitur ethiopius. pia. pium. ethiopicus pica. picum. Vnde ethi opia interpraetatur tenebre. &c. Terra: dicitur a tero teris: quia assi/ due teratur: vel a torreo: vt dicit Catholicon: quia siccitate torreat: vel dicitur quasi rastris trita: & est etymologia. Et inde dicitur terre/ us rea. reum. de terra existens: & terrenus & terrestris. & terrosus sa. sum. Et appellatur terra arida ad distinctiõem: quia naturalis sua p/ prietas est siccitas: vt dicitur. ij. de generatione. Alia multa ipse Ca/ tholicon dicit. Iam est aduerbium temporis: & componitur. etiam iamiam iamq̃. vt Ebrardus. Feruid⁹ feruida. feruidum. i. calidus ca lida calidũ. & inde feruiditas. & dicitur a ferueo ferues. significat bul lire: calefieri: estuare. Et dicitur ferbeo quasi fos habeo per etymolo giam. Priscianus dicit q̃ ferueo & feruo habent idem preteritum. s. ferui: inde feruo. & habet cõposita efferbeo vel efferueo: deferueo: conuerueo. & ab eo dicuntur inchoatiua. Torreo res. rui. tostum. i. ruere: assignare: siccare: cremare: vl' vertere siue voluere. iuxta illud Qui torret: voluit: siccat: cremat: assat & vrit. Item Catho. Inde tor rẽs tis. torresco scis. Torris. Titio gallice: tison. Ignit⁹ stipes auo tor riculus. Inde torrid⁹ Estas ab estu: & est calida & sicca pars anni. Et sunt quattuor partes. Iuxta illud compoti. Ver petro &c. Vnde Ca tholicon. Dat clemens hyemem: dat Petrus ver cathedratus. Estuat vrbanus: autumnat Bartholomeus. Inde estiualis nomẽ denoĩna/ tiuum. Inde estifer & estiuus. Cancer equiuocum est vt dicit Ebrar dus. Hic accipitur cancer pro signo zodiaci. vnde dicit Papias. Can cer est quartum signum dictus. quia cum ad eum sol veniat retro graditur in modum cancri. & allegat Catholicon. hec metra. Est ani mal signum cancer viciumq̃ malignum. Cancer eris morbus: can cer cancri stellaq̃ piscis. De isto signo latius tractatur in de spera & de alijs. Sol planeta lucidissim⁹. quia sol⁹ luceat. Inde solan⁹ & sub solanus. Inde solsticium & obsequium. voluo notum est. inde vo lubilia. & habet multa composita. scilicet auoluo: conuoluo & re/ uoluo &c. Inde voluto tas. frequentatiuum. Aure⁹ illud est quod est totum de auro. Aurum dicitur ab aura ſm Britonem. & aureus quod in superficie tm̃. Et dicitur deauro auras: inde auricalchum: & auricomus qui habet aureos capillos. Axis celi est septentriona lis linea recta per mediã pilam sphere. ſm Papiam: & sumitur pro parte rote. & est masculini generis.

Cõpuleratq̃ suas tilie sub amena capellas
Natus ab athenis pastor cognomine pseustis

Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua

Pellis panthere cui corpus texit vtrunq;
Discolor, & rigidas perflauit fistula buccas
Emittens sonitū per mille foramina vocum.

¶ Hec est secunda pars huius ꝓlogi: que diuiditur in tres partes. Primo describit status pseustis gestus & labor. Secūdo stat⁹ alithie: vbi ostēditur ꝙ alithia excellebat in istis pseustim. Tertio in hoc pseustis indignatus increpat alithiā: & eam ad certamē & disputationē puocat. Secūda ibi. Ad fontē iuxta &c. Tertia ibi. Nō tulerat pseustis. Dicit ergo in prima parte liberaliter ꝙ pastor quidā atheniensis natione dictus pseustis cognomine, cōgregauit capellas suas sub arbore tilie & amena & delectabili. cui⁹ pastoris corp⁹ coopertū erat pelle panthere, animalis variorū colorū, & vehemēter cū fistula resonabat, emittēdo varios sonitus per foramina fistularū. Intelligitur sic ꝙ pseustis. i. diabolus vel falsitas. natus ab athēis ciuitate grecie ī qua grecia semper fuerunt dolosi & cauti homines. iuxta illud Virgi. ij. ęnei. d' vlixe. Ille dolis instructus & arte pelasga. i. greca. & istd' aut nulla putaris dona carere dolis danum. i. grecoꝝ. Iste ergo pseustis cōgregauerat homines vicijs fetidos & infectos. sicut caprę fetide sunt sub amenitate & delectabilitate huius mūdi, q bene cōparatē tilie arbori infructuose: quia quicquid est in mūdo aut est cōcupiscētia carnis: aut superbia vitę. vt dicit scriptura. Induebatur pelle panthere discoloris. i. habebat animū habituatū in diuersis fallacijs. Et tunc fistulatio istius fecit inflatas buccas rigidas. hoc est dulcedo apparens suarū blanditiarū fecit homīes inflatos superbia & rigidos per obstinationē in peccatis. Et ille pseustis mittebat ṗdicationes suas falsas per mille diuersitates fraudum: imo per infinitas quibus allicie bantur auditores, & erectos decipiebat, & cōducebat deceptos superbos faciebat: & superbos obstinatos in malicia in gehēna detrudebat, & conducebat vbi nullus ordo &c. ¶ Const. ꝙ ꝓ &. pseustis. i. ille vir falsus natus ab athenis. athene nomē est ciuitatis in grecia: vbi primo fuit hecalma Parisiēsis vniuersitas, de qua ciuitate romā trāslata est. de roma Parisius situata: vbi concedente Iesu christo vsq; ad seculi finem ab eo gallorū regnum celeberrimū & christianissimū dicetur & florebit. Et dicitur ab a quod est sine & thanatos quod est mors castor cognomine: quia erat verus sed mercēnarius sicut sunt multi pastores nostri tēporis tm̄ cognomine & nō vero nomine: quia animā suā nō ponūt ꝓ ouibus: cōpulerat. i. aggregauerat. Dicit em̄ compellere quasi simul ī vnū pellere: suas capellas. i. paruas capras: & est diminutiū. sub amena: & tenet neutraliter. i. sub delectationes & oblectamina: tilie arboris inutilis. cui. s. pseusti: pel/

lis discolor panthere illius animalis colorati diuersis coloribus:id'o dicitur a pan:quod ē thorum & etheron varium:texit.i. cooperuit vtrūq3 corpus.i.corpus & animā:vel.i.vtrāq3 partē corporis:hoc est mēbra & partes christi:fistula.i.tale instrumentū musicum:perflauit buccas rigidas.i.flauit buccas rigidas.i.per duo labia vel per ora eius .Et est hic hypallage figura:quia agens ponitur ꝓ patiente. id'o intelligitur sic.i.bucce rigide ꝑflauerunt fistulā.iuxta illud. Si dicatur agens patiēs res vel viceuersa:fiet hypallagiū &c.fistula inquā emittens sonitum per mille foramia vocū. ponitur numerus finitus ꝓ numero infinito:decetero vt opus breuius fiat. Exponendo textū notabo difficultates textuales in quolibet verbo & vbi expedit dictionum deriuatiōes vbi distinctius poni possunt. vnde amenum dicitur ab a quod est sine & mene quod ē defectus. Natus de nascor dicit̄.pastor a pascēdo cognomine: quasi cognationis nomen pseustis.i.falsitas.inde pseudo.i.falsus.ꝓpheta.& est epiceni generis. Alio modo dicit̄ panther. Corpus quia quasi cordis opus.i.custodia: vł dicit̄ a corrūpendo. vtrūq3 de vter ra.rū.qd' est idē sicut quis q̄ qd' Discolor cōponit̄ de dis & color ris. & est cōis generis. Rigidas de rigeo ges. Fistula a phonos sonus. Emittēs.i.extra mittēs:de e & mitto mittis. Sonitū de sono as. Mille nomē numerale & indeclinabile bene reperitur milia declinabile. Foramia dicit̄ a foras. Vox de voco as.inde vocalis:inde vocifero as.sed quia ista sunt satis clara licet sint vtilissima tacebo talia:quia si taliter omnia dicenda ponerentur opus esset nimis magnū & fastidiosum.

Ad fontem iuxta pascebat oues alithia
Virgo decora nimis Dauid de semine regis
Cuius habēs citharā fluuij percussit ad vndā
Substiterat fluuius tāta dulcedine captus
Auscultando quasi modulātis carmina plectri
Ipseq3 balantū grex obliuiscitur esum.

¶Ista est secunda particula in qua describit̄ status & gestus alithie:& ōndit̄ excellētia eius sup̄ pseustim: vñ inuidia pseustis in eā cōflauit Dicit̄ ergo textualr̄ sic. Alithia v̄go pulcerrima d' genere regis Dauid orta custodiebat gregē ouiū iuxta fontē & gerebat citharā Dauid cū qua tā melodiose ludebat vt fluuius melodia citharę s.sterceret cursum suū quasi auscultādo carmina melodiosa quę p̄ eā in illa cithara canebant̄:& ideo ita dulciter canebat q̄ etiā grex suus oēm cibū pre dulcedine melodię negligebat. Exponēdo & applicando p̄

hypallage

alithiā ītelligimus eccl'iam vel veritatē: vt sic dicatur ꝙ eccl'ia vel vera p̄dicatio pascebat oues suas: hoc ē fideles chr̄ianos simplices simplicitate colūbina: & mites cibo sp̄uali: quia nō ī solo pane viuit hō: sed ex omni verbo qd' ꝓcedit de ore dei. Et erat iuxta fontē. s. baptismi: quia tūc cepit esse tp̄s gratię. Tūc aūt diuina lege & euāgelica instruebant̄ simplices p apl'os: & ita eccl'ia erat nimis pulcra: sicut in cāticis canticorū clare & pulcre ponitur. Et ista descēdit de genere Dauid: quia chr̄s fuit natus de semine Dauid ꝟm carnē. Et dicebat̄ habere citharā Dauid: hoc est psalteriū vel alia p̄cepta vel documenta salubria ꝓphetarū: & cū hac cithara pcussit. ad vndā: hoc est ad populū p̄dicādo nouā legē: vt vetus lex dimitteret̄. Et tūc populus audiens dulcedinē & sanctitatē. & mysteria istius legis substitit: nec ꝓcessit vlterius in veterē legē cognoscēs hāc esse sanctā & tenendā. Et tunc grex fideliū dimisit esum secularium voluptatū: & cessauit a pctis & coluit deū incarnatū. Manifestū est ꝙ hic & vbiq̄ tangūtur multae & ardue materię theologicę quas non oportet hic tractare: sed sufficit ita celeri pede quantū sufficit ad ꝓpositū trāsire. Const. Alithia virgo decora nimis. i. multū decora & pulcra: pascebat. i. nutriebat oues ad fontē iuxta. s. locū ī quo erat pseustis. Et p hoc ōndit̄ ꝙ bonus pastor debet esse ꝓpe gregē suū qd' est cōtra p̄latos qui dimissis ouibus ad seculariū principū curias veniunt: lucri: pompę & honoris causa. vn̄ tn̄ principes ip̄os: nō q̄ recta sunt facere: sed etiā ad nefanda & magna pctā instruunt & dirigunt. ista dico de semine. i. de genere Dauid regis: de quo inferius dicetur: cuius. s. Dauid habens citharā: percussit ad vndā. i. ad aquā fluuij. fluuius captus tāta dulcedine quanta est sonitus citharę substiterat. i. arrestauerat vel quietus manserat: quasi auscultādo carmina. cantilenas & dictamina plectri id ē lyrę modulātis. i. dulciter: & ꝟm melodiosos musicę modulos resonātis. ꝙꝓ & ip̄e grex cōgregatio est paruorū animaliū. ideo sequitur balātū. i. ouiū. dicitur a balo as. quod significat clamare: & ptinet ad oues sicut grunire ad porcos: obliuiscit̄ esum. i. cibū vel comestionē. & dicitur ab edo edis

Non tulerat pseustis: sed motus felle doloris
Litoris alterius ꝓclamat ab aggere tutus
Cur alithia canis rebus stultissima mutis
Si iuuat vt vincas mecū certare potestas
Fistula nostra tuum si vincas cedat in vsum
Victa dabis citharā: legē coeamus in equā.

¶Ista est tertia particula q̄ sic diuiditur. Primo pseustis indignātis & inuidētis ponit̄ ꝓuocatio qui alithiā ꝓuocat ad certādū secū pigno re: posito ꝙ victor lucraret̄. Secūdo ponit̄ prudēs alithię r̄nsio: & ꝓuocationis exauditio. secūda ibi. Illa refert. Primo dicit̄ litteraliter dū vidit pseustis alithiā pascentē dulciter & modeste reficientē suum gregē: & vidit etiā gregē attentissimū ad carmina eius. ip̄e nō potuit amplius irā suā cōtinere: sed ip̄e iratus & illi inuidēs ab aggere & litore suo clamare cepit dicēs. Quare imprudētissima alithia cōsumis laborē tuū inutiliter canendo corā brutis: mutis & insensatis rebus. Volo si placet tibi tecū certare: & si me deuiceris habebis fistulā nostrā qua vti poteris ꝓ libito. Sin aūt supra te victoriā habuero: habebo tuā citharā. Et idcirco nūc cōgregemur & incipiamus decertare & disputare: cōtinuādo intellectū iā p̄tactū. Postq̄ȝ vidit diabolꝰ chr̄ianos velle parere eccl̄iæ cōmotꝰ: inuidia existens: lōge distans a veritate clamare incepit. o ecclesia tu debes reputari stultissima: ex q̊ operationē meā deseris. Quare p̄dicas rebus mutis: hoc est chr̄ianis. quia muti vidētur respectu ꝓphetarū vel garrulitatū philosophorū gentiliū naturaliter tm̄ sapientiū & carnaliter. vel multis: hoc est stultis & ignaris. quia a secta mea recedūt. Si vis me expellere: & legem meā destruere disputemus īter nos. & si victoriā habueris mihi subditi tibi obediēt & ecōtra. ¶ Cōst. pseustis nō tulerat. i. pati nō poterat: quin inuideret: sed ip̄e motus. i. cōmotus: felle. i. amaritudīe doloris: ꝓclamat. i. ꝓcul exclamat ab aggere. Agger vt dicit Brito scd'm Papiā dicit̄ strues: cōgeries: moles: monticulus. Et dicit̄ ab aggregādo. vel est cuiuslibet rei aceruatio vnde fossę & valles pn̄t repleri. Et scd'm Huguí. dicit̄ ab aggero aggeras. i. adunare vel accumulare. alterius litoris. O alithia stultissima: cur. i. quare: canis. i. p̄dicas: rebus mutis. i. hoībus ignaris & stolidis q̄ te audiūt. Si iuuat. i. si placet vel delectat: vt vincas: mecū potestas est tibi data: certare. i. disputare mecū: fistula nostra cedat. i. accedat vel veniat in tuū vsum si vincas me & tu victa a me dabis mihi citharā tuā: ergo coeamus. i. simul eamus: vel congregemur & subeamus in ęquā legē. i. in equū certamen posito pignore a quolibet.

Illa refert nec dicta mouēt nec p̄mia mulcēt
Me tua: nūc adeo: quia vulnere mordeor vno
Quo res cunctȝ cadit nisi testis sedulus assit
Si victus fueris non me vicisse fateris.

¶Ista est secunda particula quę sic diuiditur. Primo alithia certamen admittit & pseustim exaudit. Secundo ipsa iudicem petit & elegit.

secũda ibi. Sed quia mutari nescit&c.primo dicit.O pseustis ego nõ multum moueor ꝓpter verba tua:quia nec tua dicta nec te reputo vel timeo:nec tua munera vel pignora me ad certãdũ alliciũt. Sed retrahor ab hoc actu:& actũ differo: quia nullus est qui tanꝗ̃ testis vel iudex idoneus litẽ nostram terminare posset & audire:quia lice ret tibi negare te a me deuictũ si victus fueris. Aduertẽdũ est ꝙ per hoc ꝙ dicit̃ hic: nec dicta nec p̃mia &c. datur documentũ ꝙ iudex nõ debet esse acceptator psonarũ:nec placari prece vel p̃cio: iuxta il lud Esopi.Non erat acumẽ iudicis. vnde dicit Augu. in quodã ser/ mone.Absit dñe vt in tabernaculo tuo ꝓ paupibus accipiãtur pso nę diuitũ.aut ꝓ ignobilibus nobiles. qui potius infima mũdi elegi/ sti vt fortia queꝗ̃ cõfunderes.Et in lib.Deut.dicit̃. Deus est magnꝰ potẽs & terribilis qui psonã nõ accipit nec munera.Itẽ cõsiderandũ est circa textũ ꝙ sicut Isido.de summo bono. Testis falsidicus tribꝰ est psonis obnoxius.Primo deo quẽ piurãdo cõtẽnit. secũdo iudi ci quẽ mentiẽdo fallit.postremo innocẽti quẽ falsus testis ledit. Ideo bene dicit hic sedulus.Multa de ꝓprietatibus iudicũ & testiũ dicũt iu ristę.¶ Con st.illa.s.alithia refert.i.rñdet:ne tua dicta.i. verba mouẽt me ad irã:nec tua p̃mia quę ꝓponis mulcẽt.i.mitigãt: fallũt: alliciũt. adeo.i.intãtũ.ꝗ̃.i.inꝗ̃tũ ego mordeor .i. crucior & torqueor vno vulnere:vno scrupulo & vna punctiõe.Si textꝰ habet ꝙ vulnere: tũc ly adeo ponitur ꝓ certe.quo res cũꝗ̃.i.quocũꝗ̃ res.Hęc est figu ra quę dicit̃ themesis quę habet fieri quãdo dictio diuidit̃ & ĩter par tes eius alia dictio interponit̃:iuxta illud.Dat themesis binas in par tes dictio secta &c.quocũꝗ̃ loco res cadit.i.euẽtus iudicij tendat: ni si testis sedulus.i.iustus diligẽs & rectus.quasi sine dolo assit.i. p̃sens sit si fuerit victus a me:non fateris.i.fateberis: tẽpus pro tpe:me vi/ cisse te &c.

Sed quia mutari nescit sententia veri
En adaquare gregẽ simul & releuare calorẽ
Nostra venit phronesis, sedeat ꝓ iudice nobis.

¶In hac parte alithia iudicẽ eligit phronesim. Et diuiditur ĩ duas par tes.Primo phronesis eligit vt causam & litẽ decidat & terminet. Se/ cundo excusatiõe præmissa onus iudicis sibi phronesis assumit. Se cunda ibi.Tunc mater &c.Item prima in duas. Primo alithia phro nesim tanꝗ̃ iudicẽ nomĩat.Secũdo pseustis eam acceptat. secũda ibi Pseustis ad hęc.Primo dicit alithia: quia oportet nos habere iudicẽ & quasi veritas nõ potest vinci vel mutari.Ecce video phronesim quę adducit gregẽ suũ ad aquã ad refrigerandũ & bibendũ seu po tandũ ipa sit iudex & cõpromittamus in eã:& arbitretur ipa ꝓ libi

to & arbitrio terminet litē nostrā. Et ex isto textu eligit̄ vna ꝑprie/
tas boni iudicis. Debet em̄ bonus iudex esse prudēs. Nā phronesis
interp̄tatur sapiēs vel sapientia: nec debet puerti amore vel odio vt
dicit̄ in ꝓemio rhetoricę Aristo. vn̄ quidā. Iudicis est recti nec mu/
nere nec p̄ce flecti. ip̄e em̄ debet esse tanq̄ ius incarnatū. Et sicut lin/
gua libre: indifferens inquantū est ex se ad vtrāq̄ partē. Et de igno
rantia iudicis dicit Aug. lib. xix. de ciuitate dei. Ignorātia iudicis plæ
rūq̄ est calamitas innocētis. Glosę cōmunes tractāt de ꝑsonis requi
sitis ad iudiciū. Sed istud omitto: quia imp̄tinēs est ꝓposito. ¶ Con
strue. Sed quia sentētia veri. i. veritatis mutari nescit. en. i. ecce gaudē/
ter dicit hoc nr̄a phronesis quę est quasi mater sapiētię: & ip̄a sapien
tia venit adaquare. i. ad aquā ducere gregē suum: & releuare simul
eius calorē: ergo ip̄a sedeat nobis ꝓ iudice. i. loco iudicij & tanq̄ ar/
bitrarius vel arbiter.

Pseustis ad hec video q̄ eā sors detulit vltro
Huc ades o phronesi nam sufficit hora diei
Vt tuo iam nostro postponas seria ludo.

¶ In hac parte pseustis acceptat phronesim ī iudicē: & dicit sic. Ego
credo q̄ a casu vel fortuna nunc ip̄a venit. Ideo o phronesis rogo
velis interesse nr̄o certamini: quia statim finiemus & expediem⁹ in/
fra vnū diē: & ideo supplico quatinus postponas nūc ꝓpria negō
cia nostrę disputatōi: & dimissa re ꝓpria nos audias. Aduertēdū est
q̄ in hoc textu primo ponit̄ causa quare cōsenserint in eā: quia nō
erat verisiłe q̄ alithia eā venire fecisset. Et ita pseusti nō erat suspecta
quia a casu illuc venerat. & si suspecta esset recusari posset: nec esset
iudex idoneus. Secūdo ponit̄ supplicatio qn̄ dicit. Huc ades. Ter/
tio ponit̄ causa ꝓpter quā moueri debet phronesis ad exaudiendū
eum: quia dicit pseustis illud certamē terminari in vno die. Quarto
supplicatio subiūgit̄ q̄si rn̄dēdo obiectiōi quā posset p̄tēdere phro
nesis qn̄ dicit̄. Vt tua iā nr̄o &c. Et hic sciēdū est q̄ valde multi text⁹
habent p̄ponas: tn̄ textus debet esse postponas: aliter sentētia nullā
esset. Et istud metrū siue etiā istud v̄bū recte scriptū ē ab egloga vir
gilij ad cuius exēplar & siłitudinē p̄ñtē auctor cōscripsit q̄ icipit for
te sub arguta: in q̄ vtit̄ carmine ameno & tali genere carmīs: sicut
in alia allegata. s. dic mihi dametha: qa iste due sl̄ scripte eadē lege car
minis. Vn̄ in ista forte etiā hr̄ istud metrū. Post humi tn̄ illorū mea
miseria ludo. ¶ Cōst. pseustis dicit vł ait ad hec verba alithię hic de/
est verbū necessario requisitū: & est eclipsis figura. iuxta illud. Dici/
tur vni⁹ verbi defectus eclipsis &c. video q̄ sors. i. fortuna obtulit
id ē adduxit vltro. i. sponte: sic q̄ nō vocata est eā. s. phronesim. O

phronesis ades.i.sis p̄sens vt postponas iam.id ē modo:tuā seria.i. tua negocia seriosa & vtilia tibi nostro ludo.i.nostre liti & disputati oni.nā ꝓ quia hora diei sufficit.hoc est vnica hora diei:& hoc ē vn⁹ dies integer.& hoc videt̄ melius.vt patet in fine libri vbi innuit solem iā tendere ad occasum.Et ista clausula pōt p̄cōstrui vltimo v̄su

Tūc mater phronesis:adaquato me grege quamuis
Accelerare domū iussisset vterq̄ parentū
Nō dubito penas si quicquā tardo paratas
Leta feram talis presumens gaudia litis

¶Hic phronesis suscipit onus audiēdi litem & ferēdi iudiciū quāuis haberet legitimā causam recusatōis.Et diuidit̄. primo sit hoc. secūdo ipa vt habens autoritatē imponit eis legē.Primo sic: q̄uis vterq̄ parentū mihi distincte p̄ceperit:vt adaquato grege celerit̄ domū reuerterer.et nō dubito penas mihi ab eis p̄paratas siqd tardauero tñ ego leto & iocundo animo sufferam ꝑcipiendo gaudia magna ab hac disputatiōe vestra. Aduertendū etiā q̄ hic ꝑ phronesim intelligimus ecclesiam hāc militantē.cuius pater est chr̄s et caput.mater vero illa celestis ecclesia triūphās.ideo dicit phronesis. licet parētes mei iusserint me q̄cito grege adaquato.i.grege chr̄iano baptizato trāsire ad domū & patriā illā celestē q̄ est nostra māsio vt dicit ap̄s.ad quā sine baptismo trāsiri nō pōt.tñ si aliq̄diu versor hic ī terris certādo cōtra mūdū carnē et demonē ñ dubito penā mihi infligi.imo poti⁹ spero leta gaudia.quia quāto aliqs pl⁹ virilit̄ pugnauerit cōtra hostes istos familiares & neq̄ssimos:tāto maiorē gl̄iam expectare debet.in qua vt d̄r in seq̄ntia. nec lāguor nec senium nec fraus nec terror hostiū:sed vna vox letantiū.¶ Cōstrue. phronesis mater ait sup. viso cōpromisso facto in causa.q̄uis vterq̄ parētū nostroꝝ iussisset me accelerare.i.celeriter ire domum.& hoc dico grege meo adaquato.i.ad aquā deducto.nihilominus si tardo quicq̄.id est.aliqualiter nō dubito penas mihi paratas.Sed ego p̄sumēs pōt teneri in bona significatōe.i.cōfidens. vel in mala.i.me presumptuose hñs ñ obediēdo pentib⁹ quasi aliquid añ & cōtra preceptū sumēs leta ferā gaudia litis tal̄.i.certamis ꝉ disputatōis & alt̄catōis

Perge prior pseusti: quia masculus illa sequaci
Equabit studio:tetras sit in ordine vestro
Pythagore numerus:sol augeat obsecro tēpus

Ista ē vltia ps isti⁹ prologi in qua īponit̄ lex & ordo dicēdi disputātib⁹ & d̄certātib⁹ vel litigātib⁹.& diuidit̄.prīo lex īpōit̄.sc̄d'o factū

per eos executiōi mandatur. secūda ibi. Primus cretheis. Dicit enim phronesis ordināndo eos & legē īponendo. O pseusti: quia tu es vir vir aūt est dignior muliere: idᵒ primo incipies litem p̄ponendo in mediū quid volueris: deinde te sequet̄ alithia & quilibet vestrum in dicēdis numerū quaternariū obseruabit qui ē nūerus pythagore & ego oro ꝙ sol augeat tp̄s & spaciū motus sui: vt lis vestra a p̄te ter/minari possit. Hic q̄rere posset aliquis quare vult phronesis ꝙ pseustis incipiat primus. Dicit ꝙ sicut claritas est placidissima post nubi/la: ita veritas post falsitatē. Alia ratio est vt apparentius victoria veritatis appareat. quia falsitas habuit p̄rogatiuā primo ꝓponēdo & per hoc irritandi veritatē ad respondēdū iuxta legē carminis ama/bei: dicēdo plus vel maius vel cōtrariū. vt in pluribꝰ: tamē licet hoc ita sit: pseustis: cui datus erat prior locus deuincitur. Aduertendū est ꝙ per pseustim possumus intelligere tempus quod precessit tēpus gratię quod intelligitur per alithiam quę illud tēpus insequitur va/cando bonis operibus. & vtendo maxime doctrina quattuor euā/gelistarū in qua cōtinetur tota lex nostra & etiam amplectēdo quattuor virtutes cardinales. prudentiā: iusticiā: fortitudinē: & temperā/tiam. Item sciēdū est ꝙ vt dicūt glosę: pythagoras philosophus trāsiens iuxta fabricā audiuit quinq̧ malleos. quintū deposuit. & ibi optimā cōsonātiā & ꝓportionē in sonis repperit: & iuxta diuersam ꝓportionē soni illorū malleorū inuenit quattuor principales consonantias. s. diatesseron diapente &c. & dicit Boe. ꝙ pythagoras inue/nit artē musicæ. Item considerandū est circa illud nomē tetragrāmaton: vt dicit Brito. in summa est nomen dn̄i: ineffabile: quattuor lit/terarū. Ioth. heth. vau. he. Et dicitur a tetras quod est quattuor & grāma littera. Et exposuit glosa. Exodi. xxviij. sic He iste. Ioth p̄ricipiū heth passiōis: vau vitę: quia christus est principiū vitę in Adam a/misse quā sua passione restaurauit. Cōstrue. O pseusti perge. i. ꝓcede ad disputandū prior. i. ante alithiā: quia scilicet es masculꝰ. i. vir & dignior illa. s. alithia equabit. i. equaliter sequetur: ī studio sequaci. s. disputationis. tetras. i. quaternarius numerus. s. versuum pythagore il/lius philosophi sit vestro ordine. i. dicendorū. Et vt disputatio ista perfecte possit cōpleri. ego obsecro. i. rogo deū: vt sol augeat. i. ꝓ/trahat nobis tēpus. s. diei.

p Rimus cretheis saturnus venit ab oris
Aurea per cunctas disponēs secula terras
Nullus ei genitor nec quisquā tp̄e maior
Ipso gaudet auo superū generosa ꝓpago.

¶Finito ꝓlogo in quo intẽtio actoris aperta est:& modus ꝓceden-
di per phronesim limitatus: restat expedire pro viribus partẽ princi
palẽ quę continet disputationẽ inter pseustim & alithiam. Pro quo
sciendũ est ꝙ tota disputatio consistit in adductione fabularũ poe-
ticarũ & historiarũ sacrę scripture. & ſm exigentiã fabulæ quæ prę
cedit subiũgitur historia vel maior vel cõtraria: vel potior iuxta le
gem istius carminis. & fabulę non habẽt ordinẽ inter se: nisi ꝓ quan
to habent respectum ad historiã sequentẽ. ideo nõ ponitur diuisio
fabularũ: sed historię diuidẽtur: & libri diuisio attẽdetur penes histo
rias: & penes diuersos actus disputationis. Hæc pars diuidit̃. Primo
pseustis ponit fabulã. Secũdo alithia historiã correspondentẽ. secũ/
da ibi. Incola primus homo. Dicit ergo textualiter. Saturn⁹ primus
deorũ venit a regionibus cretensibus: & adeo cõposite & pruden/
ter rexit subditos ꝙ secula dicta sunt aurea. Nõ habuit saturnus iste
patrẽ nec maiorẽ se: & ideo ipse est auus aliorũ deorum supernorũ
Hæc fabula sumitur originaliter ex primo metamorphoseos: vbi
Ouidi. distinguit quattuor etates mũdi. Prima fuit aurea: cui prefuit
Saturnus. secũda fuit argentea. tertia erea. vltima est de duro ferro.
De prima dicit sic. Aurea prima facta est etas &c. vbi publicę singu
la describit. Pro latiori intellectu aduertendum est ꝙ Saturni descri
ptio est talis. Saturnus depingitur homo senex: curuus: tristis: palli/
dus: qui in vna manu falcẽ tenet: in eadẽ draconis imaginẽ qui den-
tibus mordet: eandẽ ꝓpriã & applicat. cũ altera manu filiũ paruulũ
ad os cum dẽtibus ꝓprijs eum deuorat. quattuor iuxta se habebat
liberos. iouem: iunonem: neptunum: & plutonem. Et iupiter am/
putauit virilia patris. Mare erat pictum ante ipsum in quo proijcie
bantur virilia: ex quibus venus nascebatur: iuxta ipsam erat ops
vxor eius quę opem om̄ibus ferebat. Hæc fabula varijs modis ex-
põitur. Vnde historia est res gesta ꝙ Saturnus fuit rex crethe: & ab
vno filiorum suorum expulsus est a regno. Et ista historia exponi
tur applicando ad Astronomiam. Nam Saturnus primus est pla/
netarum. tardus & maliuolus. Vel per Saturnum intelligitur tẽpus
quodlibet quattuor filios. id est quattuor partes principales habens
& dicitur comedere filios: quia quicquid nascitur in tempore consu
mitur etiam in tempore: & omnia sicut vestimentũ veterascent: vt
dicitur in Psal. Ista tanguntur per glosas communes hic & in græ-
cismo in illo textu: Saturnus genuit tres &c. ideo quantum possibi-
le est omnia ad mores erunt applicanda. Saturnus potest significa/
re aliquem malum superiorem vt principem terrenum vel prela/
tum & tyrannũ: qui describitur senex. i. antiquatus in malicia & cur-
uus a recta via. & tenet falcem qua mediante affligit: torquet & de-

pauperat subditos. & dicitur ideo eos comedere per tyrannicas & indebitas exactiones. & secū tenet tales dracones. i. iniquos & pessimos satellites. & dicitur habere opem. i. opum & diuitiarū copiam vxorem: quia omnē subditorū substantiā exhauserūt. Et accidit ꝙ frequenter iupiter: hoc est populus subditus ei insurgit in eum & expellitur a regno suo: & sic castrari ꝑ filios dicitur. & virilia in mare dicūtur proijci: quia tota voluptas in amaritudinē cōuertitur sicut equū est. Alio modo posset exponi fabula. & iste modus latius ab alijs declarat: sed quia inquantū possibile erit sum breuitatē ꝓsecuturus: ideo illud sufficiat. ¶ Const. Saturnus. i. ille rex vel deus primus: venit ab oris. i. regionibus. & scribit oris sine h. iuxta illud metrū. Oras mund⁹ habet nox horas: hęc classis au ras. Cretheis. i. cretenibus nomē gentile a creta dictū: disponens secula aurea. i. ꝓciosa splendida & mūda & fertilia: per cūctas terras. nullus genitor. i. pater fuit ei ex quo est primus deus: nec quisꝙ fuit maior ipso tēpe: & ideo ꝓpago. i. ꝓgenies: generosa. i. nobilis: superū. i. superorū ꝑ syncopam: gaudet ipso saturno auo: auus est pater patris.

Incola primus homo fuit in viridi paradiso
Coniuge viperiū donec suadente venenum
Hausit: eo cunctis miscendo pocula mortis
Sentit adhuc ꝓles: quod cōmisere parentes.

¶ Hic alithia quasi respondendo ponit historiā. Ista pars diuiditur multipľr. Primo em̄ ponit lis inter istos. Secūdo sentētia phronesis ibi. Mortales cuncti &c. Itē prima in duas. primo ponit altercatio. secūdo auxilij imploratio: & victorię cōfessio. secūda ibi. Egregiā sobolē. Item ponitur prima disputatio neutra parte debilitata. secūdo ponitur debilitatio alterius partis. s. pseustis: ibi Quadrupedes phebi. Item prima in duas. primo ponūtur illa quę gesta sunt in tribus etatibus. secundo in duabus. secūda: ibi. Nomīa &c. Et capit hic etas sicut dicit ꝙ septē sunt etates mūdi. Prima ab Adā vsꝙ ad Noe &c. Nomina &c. potuisset signari pars illa in qua tāgit debilitatio pseustis & eius desperatio vsꝙ ad finem. prima in duas. primo ponuntur gesta tēpore legis naturę ꝑ duas etates. secundo gesta tertie etatis in cui⁹ initio secunda circūcisio data est Abrae: ibi Limite &c. Itē prīa in duas. primo de prima etate. secūdo ď secūda: ibi. Vltio digna dei Item prima in duas: primo ponuntur historię de Adam & filijs suis. secūdo de Enoch: ibi Enoch iusticię. Itē ponitur primo historia ď Adā per se. secūdo de filijs: ibi. Immolat ań deū. Itē primo describit status ante peccatum. secūdo status & miseria post lapsum: ibi. Exu/

lat. Multe istarum partium subdiuidi videbuntur inferius. sed ista est diui sio & sententia in generali istius egloge. Dicit ergo in prima parte sic. quod Adam primus parens noster creatus est a deo de limo terre: inhabi tauit paradisum terrestrem. & monitione eue vxoris sue ipse transgres sus est preceptum domini quando comedit de fructu ligni vite. Vnde ipse mortem pro se & pro posteris & peccatum & miserias multas consecutus est. Hec historia originaliter describitur Gen. ij. Et certum est quod plurima possunt recitari & in aliis que tanguntur per magistrum Nicolaum de lyra & per alios doctores & expositores biblie. sed ista remittuntur ad docto res superioris facultatis. scilicet theologice. & breuiter repetenda est historia dimissis altioribus speculationibus: etiam doctoribus qui de creatione ade & de peccato eius & talibus super libro sententiarum determinauerunt. Historia ergo talis est. Deus creauit hominem de limo terre vt esset fu turus particeps sue glorie & bonitatis. & eum posuit in paradiso volu ptatis. & produxit ibi omne lignum pulcrum visu et suaue ad vescendum. produxit etiam lignum vite in medio paradisi: & lignum scientie boni & ma li. precepitque ade dicens. De ligno scientie boni et mali non comedas. In quocunque enim die comederis ex eo morte morieris. Tunc immisit soporem in Adam: & de costa eius formauit mulierem. scilicet euam. Postquam hec facta sunt: dicitur in capitulo sequenti. diabolus ille serpens tortuo sus dixit mulieri. Cur precepit vobis deus vt non comederetis de omni ligno paradisi. Nequaquam morte moriemini. Et tunc ipsa accepit fru ctum vetitum & comedit & dedit viro suo qui etiam comedit. Vnde effecti sunt transgressores mandati dei. ¶ Aduertendum est quod adam tunc peccauit tribus viciis. iuxta illud. Ter vincitur adam: primum gula gloria vana. Cupido: dum comedit vetitum gula vincit. Gloria decipitur altissimo dum similatur. Cupido: subiit dum omnia scire cupiuit. Item in his ver sibus notantur incomoda que incurrimus propter peccatum ade. Mors morbus: calor: frigus: sitis: esuriesque. Cura labor vite domini sunt octo sagitte. ¶ Construe. Primus homo. scilicet Adam fuit incola. id est inhabitans: de incolo lis. in paradiso. paradisus dicitur a para quod est iuxta & disis stella. & est locus terrestris amenissimus viridis propter arbores. donec coniuge sua. scilicet eua: suadente. id est hortante: hausit venenum viperium. id est serpentinum. dicitur de vipera serpente: miscendo eo. id est inde vel ideo: pocula mortis cunctis hominibus. proles. id est posteritas: sentit. id est percipit adhuc illud quod parentes nostri commisere. quia ibi non fuit tantum peccatum omissionis sed commissionis. Aliqui per serpentem intelligunt demonem. per euam sensualita tem. per adam rationem. per esum pomi secularem delectationem. & satis apte. Ecce ex dictis apparet conuenientia fabule precedentis & etiam istius historie quia sicut saturnus primus fuit deorum. ita Adam primus hominum. Et adam expulsus est de paradiso sicut saturnus a regno. vt patebit.

Splendorē tanti non passus iupiter auri
Expulit illatis patrem crudeliter armis
Discolor argento mundi successit imago
Etiam primatum dedit illi curia diuum:

¶ Hic ꝓ libito pseustis ponit fabulā: & dependet ex prima oīno. vt patet ex dictis. Diuidit ergo sic. Primo ponit fabula. secūdo historia correspōdens & quasi a pcedenti etiā depēdēs: ibi statim. Exulat eiectus. Et vbiqꝫ taliter posset diuidi historia. cōtra fabulā: sed decetero talis diuisio omittet. Dicit ergo textus qꝫ iupiter nō potuit pati splēdorē aurei secli: vel patrē suū tātū aurū & tot bona possidere: sed ī eū insurrexit: & regno eum priuauit. Et tunc incipit secūda etas quę dicta fuit argentea. & tūc iupiter fuit effectus summus deorū. Hæc fabula tāgitur in primo metamorpho. vbi dicitur postqꝫ saturno tenebrosa in tartara misso. sub ioue mūdus erat subijt argētea ꝓles: & ibi describuntur pulcri mores hoīm isti⁹ etatis. Vn̄ expositio patet ex dictis. Alij exponūt naturaliter per saturnū tp̄s: p iouē etherē superiorē: p iunonē ei⁹ cōiugē aerē: p neptunū aquā: p plutonē terrā intelligētes. Alij astrologi vt vere iupiter sit planeta beniuolus imediatus saturno qui tēperat eius seuiciā. Sed vt fabula applicet ad mores: primo sentētia fabulę pmittēda est: secūdo exponēda. Iupiter qui celū dicit regere pingit hō in throno eburneo sedēs & tenēs sceptrū in manu: in altera mittit fulmīa & cōprimit sub pedibus gigantes fulminatos. Iuxta eū erat quędā aquila volās: & inter pedes suos puerū pulcerrimū rapiebat. Ita dicūt poetę. Exponat ista fabula. Primo per iouē intelligēdo deū omnipotētē qui regit oīa & fulmina: elatus p superbiā: vel pōt intelligi bonus platus vel princeps qui debet habere istas ꝓprietates: debet em̄ sedere ī throno maiestatis suę gerēs virgā iusticię & fulmina aspere correctōis: corrigendo criminosos & tyrānos rephendēdo. Et iō cōpescere dicit gigātes .i. tyrānos & eccl'iarū oppssores. ne celū: hoc est eccl'iam expugnare psumāt: quia princeps habet iuramētū & obligationē ad ꝓtegēdū ecclesias & eccl'iasticas psonas. p aquilas ītelligunt viri prudētes: discreti: clari: & vidētes p prudentiā qui debent pueros .i. simplices subditos sursum erigere p cōtēplationē: exeūdo a ꝓfundo viciorū ad altitudinē virtutū. Posset etiā exponi de malis principibus: qui fulmina rapinarū & ferocitatē gerūt &c. Ad ꝓpositū oīm istoꝝ & similiū pn̄t adduci ferocitates scripturę & sctōrū dicta gratissima & pulcerrima: sed hęc pauca breuitatis cā sufficiāt. ¶ Con. Iupiter non passus splēdorē tāti auri expulit crudeliter patrē .i. saturnū a regno. & hoc

dico armis illatis.i.contra ipm latis:imago mūdi:discolor.i. diuersi coloris ab imagine alterius mūdi vel etatis:successit argenteo:& curia diuū.i.deorū per syncopā. iuxta illud. Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget:dedit illi primatū.i.dominiū. & declinat hic primatus tus.tui. Et dicitur primatus de primas tis.

Exulat eiectus de sede pia protoplastus
Ac cinis in cinerē naturę mutat honorem
Ne tamen eterni temeremur stipite pomi
Flāmeus ante fores vetat ensis adire volentes.

¶Hic alithia subiūgit historiā correspōdentē & describit status post pctm. Et dicit sic ꝙ Adā primus parēs post trāsgressionē pcepti dei expulsus est a paradiso in quo erat. & sic honor.i.integritas naturæ suę mutatus est in cinerē: hoc est in mortalitatē & miseriā. Et ab illo tpe angelus cū ense igneo custodit portā paradisi: ne quis introeat. Hęc historia scribit Gen.iij. vbi dicitur ꝙ postq̄ Adā & Eua gustassent fructū vetitū cognouerūt se nudos & fecerūt sibi de folijs perizomata.i.quædā tegmina corporis. Et dicit dn̄s vocādo Adā: vbi es. Ipse em̄ cū Eua abscōderat se. Quare comedisti de ligno. Et r̄ndit Adam. Mulier quā dedisti mihi sociā fecit vt comederē. Et mulier dixit ꝙ serpens eam deceperat. Tunc maledixit deus serpenti: & dixit mulieri. Mulier multiplicabo erūnas & cōceptos tuos: in dolore paries filios tuos: & sub viri potestate eris. Et tu Adam. maledicta erit terra in opere tuo: in laborib⁹ comedas. spinas & tribulos germinabit tibi terra: & comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et tūc expulsi sunt de paradiso voluptatis: & posuit deus cherubin ad custodiendū viā ligni vitæ. Et hęc sunt verba textus: quę qm̄ charisma frustra a sacris eloquijs recederē. Ex quo patent incōmoda grauia peccati Ade. quia prius eramus immortales nūc aūt mortales. Expositio vltimi versus potest esse: vt per gladium igneū intelligatur ignis inferni qui paratur volentibus temere introire hierusalē celestē. qui.s. ducūt in bonis dies suos: & ipi in puncto ad inferna descēdūt. ¶ Cōst. ꝓtoplastus.i. primus homo. a protos primū & plasma formatio: quasi primus formatus: eiectus.i. expulsus de sede pia paradisi. exulat: exulo est verbū neutropassiuū qa sub voce neutrali habet significationē passiui.i. exul fact⁹ ē. ac ꝑ &: & cinis.s. hō qui de cinere.i. de limo terrę factus fuerat: mutat honorē naturę suę i cinerē.i.i miseriā & vilitatē: tn̄ ne temeremur.i. temerarij efficiamur: stipite eterni pomi. scilicet volēdo cōtra voluntatē dei capere de ligno vitę. stipes dicitur quasi stans pes. ensis q di/

citur rhophea flameus.i.igne⁹ existēs an̄ fores.i.ante portas:& caret nominatiuo:datiuo & vocatiuo singularibus. vetat hoīes volētes adire.Ecce apparet cōuenientia historię & fabulę.

Egregio cycropi debetur causa litandi
Ille bouis primo rimatur viscera ferro
Sacra ioui statuit q̄ posteritas celebrauit
Condidit athenas adiuuit nomine pellas.

ſtatio luxurię: de qua dixit Greg. Luxuria mētē excruciat: rationē excecat: corpus maculat: huic ſeruiūt cecitates mentis: & incōſideratio amoris ſui: odiū dei deſperatio ab eterno. Exponēdo hiſto. allegorice ꝑ ſodomas intelligimus peccatores carnales. Ille quinqꝫ ciuitates quę delete ſunt ſignificāt quinqꝫ ſenſus corporis: quę oēs ſubuertuntur & excecant. Per Loth intelligūtur virtuoſi & cōtēplatiui qui contemnūt carnē & intrant ſegor ciuitatē. i. hieruſalē celeſtem. vxor eius. i. vita actiua mutatur in lapidē ſalis. i. in cōcupiſcētiā boni. Vel intelligi pōt penitentes q ſtatim reuertūtur ad pctā. Conſtrue. poteſtas diuina ſoluens. i. diſſoluēs ſodomas ciuitatē illā in cinerē cogitat parcere Loth iſti viro ad ſenſum dictū. ob pactum. i. ꝓmiſſum. patrui ſui ſcilicet Abraā: patru⁹ eſt frater patris alicuius. & dicit̄ a patre ſegor illa ciuitas: ſeruat. i. cuſtodit eū. ſ. Loth: ſed vxor perfida. i. infidelis: quaſi ſine fide vertitur. i. mutatur: in effigiē. i. in ſimilitudinē ſalis: aīalia lambunt. i. lingunt. cautem. i. illū lapidē. & dicitur a cauendo. Conueniētia fabulę & hiſtorię eſt: quia ſicut phillis mutata eſt in arborē: ita vxor Loth in lapidem.

Argolicas contra bellans acies citherea
Titide manibus dea ꝑtulerat graue vulnus
Deplorant ſocij commiſſa ducis furioſi
Nā facti volucres acuūt ꝓ dentibus vngues.

¶In hac pte pſeuſtis ꝓponit argumentādo fabulā talē di. textualiter ſic. Ven⁹ dea ꝓ troianis aduerſus grecos pugnabat: quā pcuſſit diomedes grecus ꝓpter cuius culpā ſocij in aues ſunt trāſformati. Hāc fabu. recitat Ouidi. in. i. de remedio amoris vbi dicit̄. Non ego titides &c. Vnde ꝓut ſępe Virgi. in ęneid. Eneas fuit filius veneris & anchiſe qui dū pugnaret cōtra diomedē grecū mater ſua auxiliū ei tulit: quia venus ſe interpoſuit ī nube: & vulnerata eſt a diomede. Illa aūt vxorē illius meretricē fecit: & poſt multos annos dū redirent de bello mutauit ſocios in aues: quia adhuc hodierno die ſeruāt in gręcia templū diomedis. Et audiui qꝫ Augu. dixit illas aues eſſe demones qui nō permitūt aliquē niſi graecū intrare illud templū. Hiſtoria fuit qꝫ venus fauebat troianis: quia ipi erāt luxurioſi diomedis ſocij effecti ſunt pdones & viſpiliōes. Diomedes ſignificare pōt virū caſtū. eneas mollē & luxurioſum. Si velit aliquis noſcere illud bellū troianū famoſam legat hiſtoriā breuē Daretis frigij: vel ꝓlixam guidonis de colūna meſſana & Virgilij. ij. ęnei. Qm̄ de venere mētio facta eſt: ideo ꝗ eius deſcriptionē videamus. Deſcribit̄ itaqꝫ venus: pulcra puella nuda natās in mari: tenēs in dextera cōcham ma/

ximā ornatā rosis: quā colūbe comitātur. Ea autē data est vulcano in vxorē deo ignis turpissimo: sibi astāt tres puellę q̄ vocātur gra/tiæ: & duarū facies ad ip̄as reuerse sunt: & vna vertit in cōtrariū: habet aūt cupidinē & filiū allatū secū sagittantē apollinē arcu & sagitta q̄propter dn̄s turbatis puer fugiebat ad matris gremiū. Iste ꝓprie/tates attribuunt̄ isti planetę ab astrologis: de quo plura dicere non est p̄sentis speculatiōis. Ista dea f̄m Fulgentiū mitologiarū scripto/rē significat p̄sonā luxuriosam q̄ dicit̄ fœmina ꝑpter molliciē & va/riabilitatē: nuda ꝑpter indecentiā natat in mari. i. voluptat̄ in delitijs & ideo dicit̄ genita in mari: quia ab opulētia & saturitate generat̄. te/net cōcham cū qua canit̄ in choreis: nutrit colūbas. i. luxuriosos: diligit rosas. & tales lasciuias. Cupido est filius eius: quia venus ꝓduxit cōcupiscentiā carnis: qui q̄n̄q; apollinē: hoc est viros iustos vulne/rat stimulis carnis. Iste cupido est amor carnalis: qui pingit̄ alatus q subito venit & subit animū. Cecus est vt dicit̄. iiij. ęnei. & ceco capit̄ igni: quia hoīes cecos & oblitos sui efficit. Ista sunt faciliter applicabilia ad mores in ista materia ¶ Const. citherea. i. venus. textus cōes habent citharea p a in sc̄d'a syllaba: sed credo debet habere citherea p e quia dicit̄ a cithereo mōte in q̄ venus colit̄. & oēs poetę ponunt vt dicūt cythereū bellās cōtra acies. i. exercit⁹: agricolas. i. gręcas. Agros est nomē ciuitatis gręcie a qua dicunt̄ agri argiui: & argolici. i. græci: ꝑtulerat. i. sustulerat: graue vulnus manibus titide. i. diomedis. Titi/de est nomē patro. mascu. gene. & prime declinati. & est filius vel ne/pos thidei socij eius: plorāt missa. i. p̄dā: dulcis. i. diomedis: furiosi. i. insani ꝑcutiēdo venerē. nā ꝑ quia: quia ip̄i facti volucres. i. aues acu/unt vngues ꝓ dentibus. i. loco dentiū habent vngues: & isti de diui/tibus facti sunt pauperes.

Congressus domino Iacob luctamine longo
Neruos amisit femoris dum cedere nescit
Quam plagā veluti gemit' euenisse parenti
Non comedit neruū successio tota nepotū.

¶ Hic alithia narrat historiā suā & dicit lr̄aliter ꝙ Iacob diu luctabat̄ cū angelo. sed ī lucta ꝑdidit vnū neruū sui femoris. & ꝑpter hoc iu/dei nō comedūt neruū. Hęc histo. generalr̄ h̄r Gen̄. xxij. circa finem ca. vbi dicit̄ ꝙ Iacob filius Isaac timēs īsidias Esau fratris sui primo/geniti. ip̄e Iacob a patria sua recessit: & cū ip̄e esset in itinere quadam die vidit scalā a superficie terrę vsq; ad celos: & vidit angelos ascen/dētes & descēdentes. Iacob aūt vnū angelū amplexus est: vt di. text⁹ ibidē: & ecce vir luctabat̄ cum eo vsq; mane: qui cū videret ꝙ eum

ſupare nō poſſet: tetigit neruū femoris eius. & ſtatim emarcuit. & di
xit ad eū. Dimitte me: iam em̄ aſcēdit aurora. Rn̄dit. Nō dimittā te
niſi bn̄dixeris mihi. Ait ergo. Qd' nomen eſt tibi: rn̄dit. Iacob. At il
le. Nequaꝗ̄ iacob appellabit̄ nomē tuū ſed iſrael. qm̄ ſi contra deū
fortis fuiſti: quanto magis cōtra homines preualebis. Interrogauit
eū iacob. Dic mihi. quo appellaris noīe. Et rn̄dit. Quid queris no/
men meū qd' ē mirabile. benedixitꝗ̄ ei in eodē loco. ¶ Allego. Per
angelū intelligim⁹ chriſtū. p iacob iudeos. chriſt⁹ em̄ luctatus eſt cō
tra iudeos multū vt conuerteret eos ad fidē. Patet p magnā ptem
decurſus noui teſtamēti. Et quia ipi noluerūt chri monitionib⁹ obtē
perare pcuſſit eos: et opprobriū ſempiternū dedit eis. Vnde iudei
in die illa in qua chriſtus crucifix⁹ eſt habēt digitū in culo. quia tūc
patiunt̄ fluxum ſanguinis. ideo iude⁹ dicit̄ verpus quaſi verrēs po
dicē. hoc eſt poſteriorē partē. Quod autē chriſt⁹ bn̄dixit iacob ſigni
ficat ꝙ chriſtus multū primo dilexit ſynagogā in antiquis patribus
vt abrae & aliȷs dedit benedictionē. & poſtea ſanguīe ſuo dedicauit
ecc'iam noſtrā: & quia iudei nō crediderunt. ideo ſp ſunt & erūt va
gi & diſpſi per vniuerſam terrā. Aduertendū eſt hic ꝙ iſrael inter
ptatur vir vidēs deū: iuxta illū verſum. Is vir raꝗ̄ videns dicit̄ꝗ̄
elꝗ̄ deus. Et poteſt eſſe nomē declinabile: dicendo. iſrael iſraelis. vel
indecli. ſicut eſt de iſtis. Adā Abraā dauid & cōſimilib⁹. Itē aduerten
dū eſt ꝙ iacob iſte habuit duodecim filios ex qbus proceſſerūt du
odecim tribus iudeoꝝ qui dicunt̄ trib⁹ iſrl̄. Hic propt̄ iſtā mutatio
nē nois iacob poſſet tractari matia de mutatōe nois ꝓpriȷ ipi⁹ pa/
pe in creatōe ſua. q̄ videat̄ p doctrinā decretoꝝ & voluminū illius
ſcientie. mutat̄ em̄ vt ipe intelligat ꝙ eſt nouus hō. & oēm veterem
pellē malicie & mūdane pōpe deſerere debet. ¶ Cōſt. iacob cōgreſ/
ſus: dicit̄ de cōgredior: dn̄o. i. contra dn̄m: longo luctamine amiſit
neruos femoris. i. coxe. dū ipſe neſcit cedere. i. locū dare vel recede/
re. quā plagā fractōis nerui in femore tota ſucceſſio. i. poſteritas ne
potū. i. iudeoꝝ deſcendentiū ab illo p cognatōem vel generatio
nē gemit. veluti p ſicut eueniſſe parēti. i. patri. & ideo ipſa nō come
dit neruū. Cōuenit aūt hiſtoria cū fabula. quia ſicut in fabula pcedē
ti dyomedes vulnerauit venerē. ita hic dn̄s iacob vt patet.

Hypolitus ſeua perit accuſante nouerca
Diſtractus bigis focas agitantibus vndis.
Damna pudicicie non pertulit ira diane
Hypolitū reuocat modo noīe virbius extat.

¶ Hic conſequenter pſeuſtis ꝓponit aliā fabulā ſeu fabuloſam nar

rationē. & ista depēdet ab illa. Dedalus aptatis &c. Dicit ergo textu aliter sic. Hypolitus a nouerca sua accusatus in curru ꝓpe mare fuit distractus. Sed diana pudicicię dea pietate mota fecit hypolitū resuscitare: & sic fuit bis vir. Hæc fabula tractatur. xv. li. metamor. Pro q̄ sciendū est ꝙ theseus filius egei regis atheniensium missus est ad minotaurū: quia singl'is diebus fortes equi atheniēses mittebātur. Erat aūt iste fortis & pulcer. & dilexit adrianā vnā filiarū minois: cuius auxilio & fauore & cōsilio Dedali ip̄e deuicit minotaurum & labe rinthum exiuit. Rapuit aūt iste adrianam & phedriam minois filias vnde derelicta adriana in litore maris duxit secū phedrā & eam duxit in vxorē: qua amore Hypoliti filij thesei de alia vxore ꝑdita nimis & misere exarsit. Sed quia ille sibi cōsentire noluit ip̄a eum accusauit erga patrē theseū dicēs ꝙ filius suus Hypolitus ip̄am vi & violentia voluit opprimere. Egeus pater ipsius thesei qui credidit filiū suum esse deuoratū a minotauro se in mari p̄cipitauit. & factus est deus maris ab ip̄o filius eius petit vltionē de hypolito. Hypolitū ergo posuit in quodā curru supra litus. Egeus aūt emisit phocas per quas equi ꝑterriti cū tāta violentia currum traxerūt ꝙ illius viscera dissipata sunt: qui quoniā ꝓ castitate sua mortuus fuerat: diana misit ad eum Esculapiū qui ip̄m resuscitauit: & ideo dicitur esse virbius. Historia est ꝙ hypolitus fuit quidā miles qui cum quadā die in curru suo iuxta mare trāsiret: subito intumescēte mari vituli cornuti cū alijs monstris apparuerūt vnde territi equi eius sine ordine currere ceperūt. ita vt totaliter corpus eius laceratū est: qui cum ad inferos mortuus ꝑuenisset affuit ibi diana quę eum resuscitauit. Hypolitus pōt dici christus quē equi sui iudei quos antiquitus rexit monstris: hoc est ei⁹ miraculis territi fecerūt eū herere arbori & cruci. & dimiserunt eum mortuū ad inferos: sed diana: hoc est veritas ip̄m resuscitauit: & dicitur virbius. Glosæ dicunt ꝙ per theseum intelligit̄ anima: per hypolitum ingeniū humanū: per phocas intelligimus motus carnales illicitos: qui quādoq̈ detrahunt ingenium humanū in precipitium viciorū: sed diana. i. sapientia & ratio ingenium resuscitat & virtutē reuocat: & iste est bonus intellectus. Et quia hic fit mentio de diana: ideo eius descriptionem videamus. Diana dicitur proserpina luna &c. iuxta illud Ebrardi in ca. de trinitatib⁹ poeticis. Tres triuie sedes proserpina luna diana: & pōt videri in diuersis passibus poetarum. Ista igitur pingitur in sp̄ē vnius domine tenentis sagittā & arcū de corno sequentē venationē & se exercentē circa quā erant chori driadū & nereidū. i. dearū nympharū aquæ arborū montiū & fluminū. Erāt etiā chori satyrorū deorū nemorū. Ista diana pōt significare virginē gl'iosam q̄ armat̄ arcu flexib⁹ misericordię & sa

gittis orātiōis quibus ceruus cornutus.i.diabolus supatur & eā circūdāt chori angelorū & aīarū beatarū:& chori satyrorū cornutorū.i.pctō veniā postulantiū. Vel hęc diana pōt significare meretricē sagittantē p sagittas veneris hoīes fatuos: & habet choros iuuēcularū vetularū & lenonū sibi famulantiū. ¶ Cōst.hypolitus iste vir perit.& hoc nouerca sua.s.phedra:seua.i. crudeli accusante ipm erga theseū prēm suū.ille distractus bigis.biga dicit a bis & iugū iugi fm Catholicon.currus tm a duobus equis tractus: & est biga currus lunę: quia crescit & decrescit. Et triga est Plutonis.quia capit hoīes de tribus etatibus.s.puericia & iuuētute & senectute. Quadriga est solis ppter quattuor tpa anni.& hoc dico:vndis.i.fluctibus & inūdatiōe maris agitātibus.i.cū agitatiōe & cōmotione eminētibus.phoca.i.balena.& est epice.generis.ira diane.i. ipa diana:nō ptulit.i. non passa est dāna pudicicie .i. castitatis:hoc est casti hoīs:q p emphasim figurā dicit pudicicia:sicut emphatice apud Terentiū dauus dicit scelus & nō tm sceleratus:dāna pudicicię.i.nō potuit pati q ille pudicus haberet dānū vel mortē:iō ipm hypolitū reuocat de morte ad vitā.ipe extat modo virbius.i.bis vir factus noīe suo.

Venditur in seruum Ioseph liuore suorū
Ardentis domine dum spernit vota minasq;
Addictus vinclis discussit somnia regis
Et subduntur ei totius regna canopi.

¶ Hic cōsequēter alithia recitat verā historiā. vbi postq; egit de tribus patriarchis diuisim.nūc ait de duodecim simul dicens.Frēs Ioseph inuidia moti frēm suū Ioseph vendiderūt.Et quia vxori phutipharis adquiescere noluit: finxit ipa q eā Ioseph voluerat opprimere:& sup hoc cōquesta dño suo qui pcepit vt mitteret in carcerē ubi somnia regis postea exposuit. & tandē effectus est quasi supior in tota patria illa in egypto.Ista hiistoria satis vulgata originalit scribitur Gen.xxxvij.ca.vbi agit de vēditōe Ioseph p fratres.&. xxxix ca.habet qualiter cōtēpsit hoīem volentē q ipe secū concūberet: & de incarceratiōe eius scribit ibidē.Sed de liberatiōe eius scribit in eodem libro ca.xvi.& cōpēdiose ipam tractādo ibidē dicit q Ioseph cū esset.xv.annorū pascebat gregē cū fratribus suis:accusauit frēs suos crimie pessimo.Israel aūt pater eorū diligebat Ioseph sup oēs eo q genuisset eū in senectute. Vn accidit q ipse somniauit q esset in agro cū fratribus suis: & manipuli fratrū adorabāt manipulū eius. Itē q sol & luna & duodecim stellę adorabāt eum:& hoc audientes fratres sui: & pater eius dixit q ipm oēs alij adorarēt & obedirēt ei.

ceperũt sibi inuidere. Cũ aũt veniret in dothaim cum aliĳs dixerũt
frẽs ad inuicẽ. Ecce somniator venit: occidamus eũ: tñ p orationem
rubẽ pepcerũt illi & clauserũt eũ in cisterna: & eũ nudũ vendiderũt
viatoribus ismaelitis eũtibus in egyptũ: & dixerũt patri ꝙ fera pessi
ma deuorauerat eũ. Ioseph itaq̃ ductus est ĩ egyptũ & seruiuit phu
tiphari eunucho Pharaonis quẽ vxor eius dilexit libidinose: quia
formosus erat: ip̃a igit̃ vocauit eũ in thalamũ suũ & exorauit eum
vt secũ cõcumberet: quod ip̃e renuit. Vñ indignata mulier: timens
ne reuelaret clamãdo dixit ꝙ Ioseph voluerat cum ea p vim cõcũ
bere: ideo missus est ĩ carcerẽ: vbi diuturno tp̃e stetit: & cum eo erat
pincerna & panetarius siue panifex regis. Pincerna autẽ somniabat
ꝙ regi seruiebat & sibi offerebat cyphũ plenũ vino recẽter de vua
exp̃sso: quod somniũ Ioseph exponẽs dixit ꝙ restitueret̃ ad primũ
officiũ. Panetarius vero somniabat ꝙ ferebat panẽ supra suum ca
put: & canes veniebãt & comedebãt illũ. & dixit ꝙ in cruce suspen
deret̃. & ita accidit. Et dum pincerna adduceret̃ de carcere Ioseph di
xit ei ꝙ sui esset memor quãdo esset in officio suo. Sed post multa
tp̃a accidit ꝙ rex somniauit se vidisse in agro vel pratis septem vac
cas pigues & totidẽ macras. & macre destruebãt crassas. Somniauit
etiã se vidisse septẽ spicas fertiles: & totidẽ vaccas. Et illa somnia ne/
scierunt exponere egyptĳ. Sed pincerna memor eorũ quę audiue/
rat a Ioseph in carcere statim illd᷑ regi notificauit. Et adductus est an
te p̃sentiã regis. Et exponendo dixit septẽ vaccas macras significare
septẽ annos steriles: quod audiens rex petiuit qualiter famẽ illã vi/
tare posset & sibi & suis succurrere. Ioseph prudẽs & discretus colle
git tãtũ in fertilibus annis de frumẽto ꝙ sufficeret ꝓ septẽ annis steri
libus. Et ingruente seu imminente caristia. Ioseph vendidit frumen
tum volẽtibus habere & emere. & iussit paleã mitti in quendã fluui
um: quę vsq̃ ad patriã patris sui delata est. quod vidẽs Iacob misit
Beniamin filiũ suũ cũ aliĳs fratribus suis ad patriã a qua videbat̃ ve
nire illa palea. Et cũ Beniamin venisset ad domũ Pharaonis nõ co
gnouit frẽm suũ Ioseph: licet eũ Ioseph bene cognouit: & sibi vẽdi/
dit annonã vel bladũ. Et latẽter abscõdit cyphũ in sacco Beniamin
Et ita recessit. Et dum esset iã remotus a ciuitate Ioseph ip̃m capi ius
sit: & inuẽtus est cyphus: & dixit ꝙ detineret̃ quousq̃ pater eius &
frẽs venirẽt ĩ egyptũ. Et ꝓ illis mãdauit Beniamin. Qui cũ venissent
Pharaoni se obtulit Ioseph: & exhilarat⁹ Ioseph p̃rem suũ festiue re
cepit. Et Iacob petiuit a rege ꝙ daret ei mãsionẽ in loco remoto: qa
nolebat manere it̃ nobiles colẽtes idola: qa ip̃e iude⁹ erat: & soli deo
s̃uire cupiebat. Exponit̃ allegorice sic̃ cõiter dicit̃. Ioseph s̃cat chr̃m
qui somniauit ꝙ sol luna & stellę adorarẽt ip̃m: quia cũ ip̃e crucifi/

geretur ſol eclipſatus eſt & alię ſtellæ:fratres ſui: hoc eſt iudei inuidebant ei:quia erat de ſemine Dauid ſm carnē. Fratres ſui nudauerūt eum tunica talari & polymitai:vendiderūtq; eum hiſmaelitis vi/ginti argēteis. quia iudas vēdidit eū ſcribis & phariſeis ꝓ triginta argenteis.chriſtus noluit obedire dn̄e ſuę.ſ.ſynagoge quę tūc erat domina gentiū terrenorū patrię:& ideo miſſus eſt in carcerē:hoc eſt captus:ligatus & patibulo crucis affixus: & ip̄e expoſuit ſomnia regis hoc ē poſtq̄ ſurrexit a mortuis expoſuit ſacrā ſcripturā: & ſomnia hoc eſt ꝓphetias & dicta ꝓphetarū diſcipulis expoſuit. Quibus fa/ctis regina canopi:hoc eſt oēs natōes ſibi ſubdebant̄. quia ip̄e dn̄s ē omniū & rex regū.Ex hac hiſtoria poſſunt elici multę materię. vna de fidelitate quā debent habere ſeruitores dominis ſuis:ſicut Ioſeph fidelis fuit Pharaoni.ſecunda de remuneratione facienda per dominos ſeruitoribus fidelibus:quia ſicut ſeruus dn̄o obligatur: ita econuerſo dn̄s tenet̄ remūerare ſeruitorē:ſicut Pharao qui p̄fecit Ioſeph toti egypto. Tertia de ſpū ꝓphetię:& de ſomnis & eorū expoſitōe & de quibus tractant doctores theologi.& Albertus magnus d' ſomno & vigilia Ariſto.ſed iſta ſunt ſpeculatiua:& præter ꝓpoſitum. Quarta de dilectione parentū quam debent habere filij ſicut ponit vnū p̄ceptū decalogi:& filij parentibus in neceſſitate cōſtitutis obligantur ſuccurrere:& eis neceſſaria miniſtrare.De quo moralis cato in ethica ſua.Parentes ama.Et etiam alibi in fine primi ca.ſui lib.Di/lige nō egra charos pietate parētes.Quinta materia eſſet de imprudentia deteſtāda multarū mulierū quæ tā illecebris & tā libidinoſis motibus afficiūtur vt adulteriū in ꝓprio corpore cōmittendū ſuos ſeruitores & ſubditos inuitēt. Sexta eſt ex prima parte hui⁹ hiſtorię de inuidia quę eſt viciū uile abominabile & deteſtandū.de qua Hora.i.in vna ep̄la.Inuidus alterius rebus marceſcit opimis. Et eſt inuidia talis cōditōis q̄ ip̄a ꝓpriū auctorē corrodit & punit:ſicut ethna mons ſulphureus ſeip̄m cōſumit & vaſtat. Nā qdē inuidia nihil ē aliud q̄ quę ꝑtinus ip̄m auctorem rodit excruciatq; ſuum.Et pulcerrime deſcribitur in Ouidi.in ij.meta.circa finem: vbi primo de/ſcribit eius domum dicens. Domus eſt imis inualidus antri addi/ta ſole carens nonnulli perurat vento. Triſtis & ignaui pleniſſima frigoris. Et de ipſa inuidia ſubiungit. Pallor in ore ſedet macies in corpore toto.Nuſq̄ tactas acies liuēt rubigine dentes. & alia in hāc ſententiam. Virgilius autem.vi.ęneidos.dicit eam habitare ante ip/ſum veſtibulum.i. introitum orchi.Iſtis ſic poſitis.Cōſtrue. Ioſeph ille vir:eſt nomē indeclinabile:vendit̄ in ſeruū:liuore.i. inuidia ſup. fratrū. & hic pōt eſſe elipſis:dū ip̄e ſpernit.i.deſpicit:vota.i.votiuas preces:q̄ ꝓ &,minas ſuæ dn̄e ardentis ,i. ardore libidinis eſtuantis:

addictus.i.adiudicatus: vinclis.i.vinculis.& dicit a vincio vincis qd idem est quod ligo ligas: discussit.i.discutiēdo exposuit & explicuit somnia regis Pharaonis: & regna toti⁹ canopi.i.egypti: subdūtur.i. subijciuntur ei.s.Ioseph. Hæc historia cōuenit cum fabula pr̨emissa: quia sicut hypolitus noluit consentire nouerc̨ sų. ita etiam Ioseph non obtēperauit dn̄e sų.

Grecorū primus inuestigat grāmata cadmus
Postquā seuit humi dentes septēplicis hydri
Quos nondū fato mersit fortuna sinistro
Ne patiatur idē se simulat esse dracone̅.

¶Hic cōseqnter incipit pseustis ꝓponere aliā fabulā dicens. cadmus primo inter græcos inuestigauit & inuenit litteras postq̄ ip̄e interfecit serpente̅ & dentes in terra seminauit quos fortuna non mersit fato sinistro. Et ne ip̄e deinde pateret: se esse dracone̅ per filiū on̄dit De auxilio cadmi & cōpositione thebarū habet in principio tertij de trāsformatis. per cadmū ītelligimus christū qui a patre agenore: hoc est a deo missus est in exiliū huius mūdi: edificare ciuitatē.i. ecclesiam militantē cōsecrare & querere europam filiā agenoris: hoc est humanā aīam filiā regis celorū captā a ioue.i.a demone. Dicit cōsequenter ꝙ cū cadmus vellet edificare ciuitatē: misit socios suos in siluam vetustā: vt inde aquas viuas afferrent. quibus ioui sacrificaret vbi reppererūt serpētē maximū crocei coloris a quo oēs interfecti fuerūt: sed ip̄m tādē occidit cadmus. Iste serpēs tortuosus est diabolus. Vn̄ cadmus.i.chr̄s misit socios.i.patriarchas & ꝓphetas ad siluā huius mūdi ad hauriendū aquas gratiarū: sed oēs istos serpēs ad infernos detrusit: sed chr̄s post passionē suā oēs redemit a faucib⁹ barratri & ip̄m diabolū taliter occidit. Cadmus iste accepit dentes istius serpētis: & eos seminauit iuxta consiliū palladis. Ex quibus seges clypeatorū virorū orta fuit. quia inde nati sunt armati milites: qui statim se mutuis vulneribus īterfecerūt. Ita chr̄s auulsit artes demonis paratas īterficere quoslibet: & hoīes malos & serpētinos facit iustos & eos in agro eccl̄ie seminauit: qui facti sūt milites strenui fide sicut legitur de paulo. Vel iste serpens significat inuidos & detractores seditiosos qui nō cessant alijs nocere: vel verbo vel facto. & de dentibus istorū nascunt̄ milites vulnerātes se inuicē & occidētes: quia sæpe qn̄ verba istorū detractoria seminant̄ inde veniūt discordi̧ bella. & occisiōes hoīm. Res gesta fuit ꝙ cadmus debellauit atheniēses qui sp̄ tanq̄ serpētes sibi morsu venenoso insidiabant̄. Ip̄e aūt primo fuit simplex: deinde effectus est astutus & prudēs: ideo dictus est

serpens effectus. Iste cadmus primus inuenit lras graecas. vt tāgit in primo versu nostri textus. Vñ habet ista metra. Abraam chaldeas prudēs cadmus quoq graecas. Moyses hebreas carmētis nympha latinas. Circa aliā partē istius textus sciēdū est q i. iiij. metamorpho. circa finē describit mutatio cadmi in serpentē. Itē cadmus pōt significare quēlibet hoīem qui aliū occidit: & superat serpentē. i. tentatiōes demonis & quinq sensibus edificat sue aīe ciuitatē paradisi si in virtute pmaneat: sed aliqñ recidiuat & reincidit in pctm de iusto hoīe efficit pctōr venenosus. & sic dicit mutari i serpentē. ¶ Con. cadmus iste iuuenis prim9. i. ante alios hoies inuestigat. i. inquirit vel inuestigādo iuenit. grāmata. i. litteras: & est nomē grecū grecorū illorū populorum: postq ipe seruit. i. seminauit: humi. i. terre. & ponit absolute in gtō scd'm Priscianū & alios grāmaticos. & sic obseruat vsus dentes hydri. i. serpētis. Et dicit ab hydros qd' est aqua: septēplicis. i. habētis septē plicas quos dentes fortuna: nōdū p nō. & adhuc nō mersit fato sinistro. i. puerso. quia oēs socij cadmi nō fuerūt oēs occisi a serpente. Vel nō mersit fato sinistro: quia i hoīes fuerūt mutati: & istd' nō est fatū sinistrū. Iste cadmus simulat. i. simulādo se monstrat esse draconē. i. serpentē ne patiat idē. vel clausula pōt cōstrui post scd'm versum breuiter illud est satis obscurū & male intelligibile.

Raptus aquis moyses magicas euerterat artes
Omnis enim regio timuit circūflua nilo
Eduxit ciues submersit fluctibus hostes
Mēphios excidiū testatur adhuc mare rubrū

¶ In ista parte alithia subiūgit suam historiā & tractat de tpe legis. Et diuidit ista pars in duas partes. Primo describit qualiter lex data fuit. Secūdo qualiter ppls se habuit in terra pmissiōis. scd'a ibi. Victrici pplo. Itē prima in duas. Primo oñditur q lata est lex. Secūdo describit pcessus ppli per desertū ad terrā pmissiōis. secūda ibi. Offensus Balaā. Itē primo describit legis datio. scd'o dathan chore & abyron murmuratio: secūda ibi. Fata chore miseri. Itē primo educitur ppls de egypto. secūdo ponit idolatria filiorū israel dum daret lex secūda ibi. Insignē vitulū. In prima pte pricipali dicit sic breuiter q Moyses oēs artes magicas destruxit: & oīs patria nilo circūiacēs ipm timuit: & eduxit filios israel de egypto & Pharaonē & alios sibi cōplices submersit. Et istā destructionē mare rubrū testat: expedite sunt multe histo. in lib. Geñ. scripte. Hæc aūt pñs quantū ad illā partē: raptus aquis Moyses. scribit Exo. ij. ca. vbi dicit. Egressus est vir d' domo leui & accepit vxorē stirpis sue. q concepit & peperit filiū. Et

videns eũ elegantẽ abscõdit eum tribus mẽsibus. Cũq; iã celare nõ posset accepit fiscellã scirpeã: & liniuit eã bitumine ac pice: posuitq; intus infantulũ: exposuitq; eũ in carecto fluminis & ecce filia Pharaonis descẽdebat vt lauaret in flumine: & puellę eius gradiebant per crepidinẽ aluei. Et misit vnã ex famulab9 suis quesitũ fiscellã. & reperit puerũ vagientẽ: & vocata est mater & sibi puer traditus est nutriendus. Et adultũ filię Pharaoni tradidit quæ illũ optauit in filiũ & vocauit Moysen: quia d' aqua eũ tulerat. moys em̃ aqua dicit latine Causa aũt ꝓpter quã mater filium exposuerat est: quia Pharao fecit edictũ ꝙ oẽs masculi iudeorũ occiderẽt. Quantũ ad illã clausulam magicas euerterat artes. Histo. habet Exodi. vij. vbi narrat qualiter ex ꝑcepto dei moyses dixit ad Aaron fratrẽ eius ꝙ in ꝑsentia Pharaonis tolleret virgã manu & ꝓijceret eã corã Pharaone. & versa est in colubrũ: quod factũ est: & idẽ fecerũt magi incantatores Pharaonis. Deinde pręcepto dei extendit Aaron virgã sup̃ aquas egypti in ꝑsentia Pharaonis: & tunc lacus & paludes & oĩa versa sunt in sanguinẽ & pisces mortui sunt. Et idem fecerũt malefici egyptiorũ incãtationibus suis. Et induratũ est cor Pharaonis. Ista virga est ĩ sanctissima illa ciuitatũ galie suessionica vrbe in eccl'ia cathedrali .s. in sancto Geruasio: & eam vidi & tenui: & osculatus sum. Vnde cũ quadã die rex ĩ aula sua esset cum suis militibus Moyses cepit coronam regis in capite suo. & cum pedibus eam dilacerauit. Hoc considerantes magi Pharaonis dicebant illum peruersurum fore deos eorum. quod vidẽs rex voluit eum occidere. sed quidam senex ait: nescit quid facit: date ei carbonę ardentẽ & alium extinctum: & videbitis quid faciet & dederunt in manũ: & in ore posuit ardentem: & sic insanum se finxit. vnde semper postea balbutiuit. Legitur vlterius ꝙ cum Moyses iudeum & gentilẽ rixari videret clauso pugno occidit gentilem & eum sepeliuit in arena. Legitur vlterius ꝙ ipse prepositus & custos iudeorum factus est. Iudei autem tunc temporis Pharaoni seruiebant in luto & palea. Moyses vero quendam iudeum stare ociosum vidẽs dixit ei. Amice quid est ꝙ ociosus es & non operaris. Cui iudeus prorumpens in verba contumeliosa dixit: me occidere paras sicut seruum regis pridie occidisti. Postq; hoc audiuit fugit de egypto in ethiopiam vbi erat sacerdos quidã nomine ietro: & ibi eius filiam duxit in vxorem. Postea pręcepit ei dominus vt iret ad Pharaonẽ ad dicendum sibi ꝙ dimitteret populũ suum in pace a terra sua exire. & præcepit ei virgam portare secum & ex ea signa facere. & illud mandatum dei denunciauit Moyses Pharaoni. Circa illam partem eduxit ciues. Sciẽdum est ꝙ materia

istius particule expeditur Exodi.xiiij .vbi determinat̃ de transitu ꝑ
mare & sũmersione egyptioꝝ.vbi dicit̃ ꝙ circa mandatũ dei mo
yses p̃cepit filijs isrl̃ existentib⁹ in egypto ꝙ oẽs recederẽt.qđ et fece
rũt.Sed pharao cũ vniuerso equitatu et currib⁹ suis ꝑsequebat̃ eos
Vnde territi sunt filij israel:quos cõfortauit moyses dicens.Nolite ti
mere.state & videte magnalia dei q̃ factur⁹ est hodie.Quos em̃ nõ
videtis nequaq̃ꝫ videbitis in sempiternũ. Et dixit dñs moysi.Eleua
virgã tuã & extẽde manũ tuã supra mare & diuide illud vt gradiã
tur filij israel in medio maris ꝑ siccũ.& ita factũ est.Egyptij aũt igres
si sũt post eos.sed ipsis fugientib⁹ occurrerũt aque.& inuoluit eos
dñs in medijs fluctibus.Vnde moyses & filij israel carmen dño di
xerũt.Cãtem⁹ dño &c.Vnde hec historia potest applicari. Moyses
significat christũ:& virga est crux que effugauit omnẽ potestatẽ de
monis:sicut ipsa in serpentẽ mutata deuorabat alios serpentes. Ma
re rubrũ significat baptisma qđ fuit effectũ rubeũ ꝑ aspersionẽ san
guinis p̃ciosissimi chr̃i.Pharao cuius cor induratũ erat in peccatis si
gnificat diabolũ. ¶ Aduertẽdũ est ꝙ de⁹ voluit mittere decẽ pla/
gas egyptijs ꝓpter peccatũ pharaõis detinentis filios israel. Et ista
habent̃ Exo.ab.viij.vsq̃ꝫ ad.xij.c.in quo ponit̃ recessus eorũ cũ vl
tima plaga .Et de istis plagis tractant cõmuniter expositores.puta
in illa parte in qua agit̃ de dieb⁹ egris vel de egyptiacis.& allegãtur
ista metra in quibus cõtinent̃.xij.plage pricipales.versus.Prima ru
bens vnda ranarũ plaga secũda.Inde culex istis.post musca nocen
tior istis.Quinta pecus strauit vesicas sexta creauit. Inde subit gran
do post brucus ore nephãdo.Nona tegit solem:primã necat vlti/
ma prolem . Quia vero de ista materia: dicit textus biblie ꝙ deus
indurauit cor pharaonis ideo esset hic tractãda materia de predesti
natione qualiter aliq̄ sunt p̃destinati ad bonum:& aliq̄ predestinati
ad malũ.de qua mat̃ia tractat Boe. v.de cõso.pilolosophie. Et ꝓpt̃
lapsus sapientũ reputat̃ difficillima a theologis & canonistis .& cõ
munẽ hominũ valentiã & intelligentiã exuperãs.ideo merito mihi
tacendũ esse decreui.Ex decursu tamẽ historie clare patet ꝙ de⁹ nun
q̃ꝫ populũ derelīqt.nec peccatores etiã dimittit impunitos.sicut etiã
ꝓbat Boe.Nunq̃ꝫ bonis deesse p̃mia:malis v̓o supplicia.Ideo dicit̃
in psal.Sperantẽ autẽ in dño misericordia circũdabit. & alibi dicit̃.
Confringet dñs virgã pctõꝝ:et iter impioꝝ ꝑibit.deus em̃ suꝑbis
resistit.humilib⁹ aũt dat grãm. ¶ Cõstrue.moyses raptus aquis.id ẽ
ab aquis.euerterat.i.destruxerat:artes magicas. i.incantatorias. & il
licitas . Artes magice sunt artes prohibite. vt geomantia. chiroman
tia.et cõsimiles.et dicit̃ a mago.Est autẽ magus incantator.& astro/
logus & suꝑstitiosus.licet aliquãdo magi dicant̃ a magnitudine sci

tie & in bona significatõe: vt in historia epiphanie vbi fit mẽtio de tribus magis: oĩs regio.i.egyptus circũflua nilo fluuio ibi famoso.i. circa quẽ nilus fluit timuit eum: scilicet Moysen.ipse eduxit.i.extra seruitutẽ egyptiorũ duxit.ciues.s.filios israel: submersit hostes.i. Pharaonem: & alios fluctibus.i.inũdatiõibus maris: mare rubrũ.i. rubeum testatur adhuc.exitium.i.tormentũ & destructionẽ: & dicitur ab excido dis.memphios.i.egyptij.memphis nomẽ ẽ pars egypti: & hic p synecdochen sumitur p tota egypto. ꝙ Moyses eduxit ciues significat ꝙ christus eduxit Abraã & alios patriarchas & patres de domo tartarea &c. Hæc historia cõuenit cum fabula priori: quia sicut cadmus mutatus est in serpentẽ. ita virga Moysi: & sicut cadmus erat dux thebanorũ: ita Moyses filiorum israel.

Summa iouis calidas europe forma medullas
Mouit & in taurũ deitatis vertit amictum
Virgine stuprata nõ passus agenoris arma
Nomen donat ei quod habet pars tertia mũdi.

¶In hac parte pseustis narrat aliã fabulã dicens: qđ iupiter accensus amore europę filię agenoris mutauit se in taurum & corrupit europam: & tertiã partem mundi europam nominauit. Ista fabula scribitur in fine secundi libri metamorphoseos: vbi dicitur qđ iupiter modũ quo europa potiretur considerãs: eã ad armenta patris venientem sciuit. Ipse quoq; se in taurũ candidissimũ trãsformauit: cui virgo sertum inter cornua intexens flores & herbas comedendas dedit: & quasi iocãdo sup taurum mansuetum ascendit: quo facto trãsijt ad mare: & secum europã cornibus suis herentẽ vexit & eã deflorauit. Historia veritas fuit qđ iupiter filiã agenoris regis sidonie vel africe quibusdã munusculis decepit: & in naui in qua erat depicta imago tauri posuit: quia eã sibi pater denegauerat. Physice iupiter est ether vel aer superior qui est calidus. Europa significat aerẽ inferiorẽ humidũ ex quibus mixtis generãtur multa bona p mortalibus. Aliter exponitur. Iupiter.i.filius dei: se mutauit in taurum.i. in hoiem: vt europam.i. animã humanã quã amabat in paradiso collocaret. Et christus bene dicitur taurus. quia immolatus est p nobis in cruce: & istam animã ad aliud lit⁹ scilicet paradisi duxit. Et potest applicari ad insipientiã aliquarũ mulierum quę se pmittunt decipi & deflorari. Et in istius vicij occasione sunt dantes audaciã viri & ad experientiã est videre. Postremo iupiter qui mutauit se in taurum candidum potest significare hereticos: qui singũt se habere puritatem: candorem cõscientię: quia angelus sathane sæpe trãsfigurat

se in angelum lucis. Circa vltimũ versum huius partis sciẽdũ est ꝙ sunt tres principales partes terræ: europa: africa: & asia. Vnde in asia sunt sex regna scilicet nabatheorũ in ortu solis. egyptiorũ circa ethiopiam: persarũ: chaldeorũ. vbi est terra pmissionis: regnũ medorũ & regnũ assyriorũ. vbi condita est babylon. In europa sunt quinqꝫ principalia regna. s. grecorũ: italorũ: germanorũ: francorũ: hyberorum: hoc ẽ hispanorũ. In africa sunt duo. s. maurorũ: & ethyopum Et in his tribus partibus tres ciuitates principales sunt. Roma in europa. Carthago. in africa: & babylon in asia. ¶ Const. forma. i. pulcritudo: summa. i. excellens & egregia europe istius mulieris: mouit id est cõmouit medullas calidas iouis in amorẽ eius: & vertit. i. mutat: amictum. i. cooperimentũ: de amicio cis. tego gis. i. deitatis sue in taurũ virgine. s. europa: stuprata. i. violata: corrupta: deflorata. & dicitur a stupro pras. quod dicit̃ stuprũ. Isti ablatiui sunt absoluti eo modo quo ɜm vsum dicuntur ablatiui poni absolute. iupiter non passus arma agenoris regis. In hoc videtur tangi historia. ipe donat ei scilicet europe nomen quod tertia pars mundi habet: quia dicta est europa.

Insignẽ vitulum cõflauerat ignis & aurum
Ex Aaron digitis insanit turba rebellis
Stirps leui postquã dñi cõpescuit iram
Pontificalis ei datur infula iure perenni.

¶ In hac parte ponit alithia historiã suam in qua tangit idolatriã filiorum israel. Et dicit ꝙ Aaron cum igne fecit vitulũ ex auro quẽ populus iudeorũ adorauit: & quia stirps leui consentire noluit nec idolatrauit: & ideo semper obtinuit dignitatem sacerdotalem. Hęc historia scribitur originaliter Exod. xxxij. vbi habetur ꝙ populus iudeus. quia moram faceret Moyses descendẽdo de monte dixit ad Aaron. Fac nobis deos qui nos pcedant: & Aaron ait. Tollite mihi aurea. i. ornamenta aurea & afferte ad me. Que cũ recepisset aaron formauit opere fusorio: & fecit ex eis vitulum & crediderũt ꝙ ille esset deus qui eduxit eos de terra egypti: & locutus est dñs ad Moysen dicens. Vade & descende: peccauit populus tuus. Cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit: & per Moysen placatus est dñs. Et reuersus est Moyses de monte portãs duas tabulas testimonij manu dei scriptas ex vtraqꝫ parte: & factas opere domini. Et ipe audiens clamorẽ qui fiebat adorando vitulum iratus piecit tabulas de manu & confregit eas: & arripiens vitulũ cõbussit & contriuit vsqꝫ in puluerem: & increpauit Aaron. Sed ad Moysen congregati sunt filij le

ui:quibus ait.Ite & occidat vnusquisq; fratrem suum& amicum & proximum suum.& ita factum est.Et ait. Consecrastis hodie man⁹ vestras domino vt benedictio detur vobis. Aaron significat populum iudeorum. Moyses destruens idola est christus confringēs idola ad que adoranda quandoq; aliqui inducuntur per aurum & bona terrena. Tribus leui est populus christian⁹:qui vero deo obediuit & in ipm credidit.quapropter benedictionem: hoc est gloriā sempiternam ꝓmeretur.Aduertendum est hic ꝙ idolatria est vicium maximum & peccatum: quo quis honorem & cultū exhibet creaturę qui soli deo debetur.& ille cultus dei dicitur latria: iuxta illud.Dulia cōmunis hominiq; deo paratur.Atq; deo soli latria iure datur.Vnde latria quę seruari debet deo & exhiberi.& de fide dicit Aug.de verbo domini.Nulle maiores diuitie:nulli thesauri:nulli honores.Nulla huius mundi maior est substātia quantū fides catholica quę homines peccatores saluat:cecos illuminat:infirmos curat:cathecuminos baptizat:fideles iustificat: penitētes reparat: iustos augmentat:martyres ornat.virgines viduas & cōiugales casto pudore consecrat:clericos ordinat:sacerdotes consecrat:in eterna hereditate cum sanctis angelis collocat.Et in obseruatione fida consistit latria.& per oppositum idolatria.¶ Construe.ignis & aurum conflauerat.id est conflando fecerat vitulum.id est vituli imaginem.insignem.id est ignominiosum & maledictum vł execrabilem.vnde insignis capitur dupliciter: iuxta illud metrum. Nobilis insignis simul ignominiosus.Et pro ignominioso capitur a Terentio in eunucho:vt dicit.Hanccine ego vt tu contumeliam tam insignem accipiant gnato.glosa insignem. id ē infamem vel ignominiosam:ex digitis Aaron illius viri. turba .i. societas iudeorum rebellis contra deum.& secundum naturam propriam insanit celebrando festa ad honorem illius idoli.postquā stirps. id est progenies leui istius viri. nomen est indeclinabile.a quo dicitur Leuita. id est diaconus: sicut ibi Leuita Laurentius.compescuit. id est pacificauit iram domini.id est deum iratum.Infula scd'm Catholicon est fasciola sacerdotał capitis alba in modum diadematis a qua vitte ab vtraq; parte dependent quæ infulam vinciunt. Et infula est vestis vel ornamentum episcopale vel sacerdotale:pontificalis. id est ad pontificem pertinens datur ei.id est stirpi leui iure perēni. id est perpetuo & quasi hereditario. Fabula & historia in hoc conueniunt: quia sicut iudei fecerunt taurum vel vitulum:ita iupiter mutauit se in taurum:& sic iupiter deus fecit se taurum:ita isti adorabant illum tanꝙ taurum.

Vxoris ſtimulos luis amphiarae ſacerdos
Pectore flagrãtis dũ ſplendet bacca monilis
Hauſit eũ ſubito ſpecus ex acherõte ꝓfundo
Mactat eã tenebris orbate dextera ꝓlis.

¶In iſta parte pſeuſtis ponit aliã narrationẽ dicens: ꝙ amphiaraus græcus penas ſuſtulit per ſtimulos & monitiões vxoris ſuę ornate ſplendido monili exiſtente in pectore ſuo: & eum deprecãs: vt iret aduerſus thebanos cum alijs ibi abſorptus eſt a terra & deſcẽdit in acherontẽ: cuius filius matrẽ ſuã interfecit: quia patrem ad eundũ il/luc ĩduxerat. Iſta eſt venuſtiſſima & pulcerrima hiſtoria de bello thebano qđ eleganti ſtilo & faceto noſter deſcribit. Statius in. xij. libro thebaidos. & breuiſſime tãgitur in Ouidi. meta. ix. Et vt ꝗtum facit ad ꝓpoſitũ ſub breuitate narratur. Sciendũ eſt ꝙ in quinto ca. ij. lib. thebaidos quod incipit. Ecce metu. tãgũtur duo portẽta quę cõtigerũt de nuptiarũ ipoꝝ pollinicis & Thidei: & ꝓpẽ monile qđ argia geſtauit. & quod vxor amphiarai maligne cõcupiuit in c. ix. & finali. vij. lib. oſtendiť quõ terra vatem amphiaraũ viuũ in curru bellã/tem abſorbuit qui in infernũ cũ armis & curru viuus demerſus eſt Et incipit iſtud cap. ibi. Tandẽ ſe famulo. Iſta eſt quotatio quam fecit Laurentius cãpanus in cõpendio ꝓſaico huius hiſtorię ab eo cõpoſita. Et hũc Laurentiũ quẽ oculꝰ ĩtueri Pariſius poſſumus credo egregijſſimũ & excellentiſſimũ poetarũ viuentiũ oẽs verſificatores exuperantẽ & elegãtia & põdere metri equabiliſſimo ſicut magiſter Nicolaus de clamãgijs natiõe gallicus: dñi pape Benedicti. xiij. ſecreta/rius cãtor Biocenſis: & oratorũ vel rhetorũ ſidus vnicũ & iubar nitidiſſimũ. Summa hiſtoria eſt iſta. Ethiopes & pollinices filij fuerũt Edippi: qui patre ſuo mortuo cũ vellent cõiter regnare nõ potue/runt: ſed cõcordauerũt ꝙ alter ꝑ annũ regnaret & alter recederet ꝑ annũ: & ĩ fine anni rediret vt regnaret & qui prior regnaſſet etiã recederet: dederãtq; ſortẽ vt ſcirẽt quis prior recedere deberet: & cecidit ſors ſupra pollinicẽ q a patria recedẽs ad adaſtꝝ regẽ grecie venit: cui fataliter in generũ deſtinatus eſt: deſponſata ſibi adaſtri filia argia noĩe. Cũ vero finito anno pollinices repopoſcit regnũ illud ſibi denegat ethiopes. Pollinices vero adaſtrũ ſuũ ſocerũ & titidem qui aliã eius filiã deiphilã noĩe habebat vxorẽ & oẽs grecos mouit ad bellũ cõtra frẽm ſuũ. vñ di. Oui. circa mediũ noni vbi tãgit breuiſſime hãc hiſtoriã. Deflentq; pares in vulnere frẽs. Sed cũ exercitũ heſitantẽ videret ꝓpter amphiaraũ qui erat vnus đ ſeptẽ ducibꝰ & vates erat & bellũ modis oĩbus dehortabať eis vaticinãs malum

vxoꝛ vero pollicinis argia infaustū monile habebat qđ ipa dedit euriphile vxori amphiarai: vt illa maritū suū absconditū reuelaret & ad bellū mitteret. Erat aūt monile tale ꝙ omnibus interitus fuit. Amphiaraus ergo ꝓdit⁹ ab vxore prīo ad bellū vadēs a t̃raviu⁹ absorptus est. Vn̄ almeon fili⁹ eius iratus matrē ī vltionē patris sui interfecit. Veritas fuit ꝙ amphiaraus p̄cibus vxoris sue iuit ad bellū & in palude cecidit. propter qđ matrē occidit filius. sed auuncul⁹ eius Flegreus noīe euripheles filiū qui matrem & sororē occiderat interfecit. Si historia moralizari debeat: amphiaraus .i. aīa existens in hoc mūdo in cōtinuo bello contra carnē mūdum & demonē deceptionibus vxoris sue .i. carnis et appetitus sensitiui cecidit in paludē viciorꝝ: sed hec sensualitas a ratiōe q̄ dn̄ari debet & sibi sensui subijcere fuit occisa. & amphiaraus redijt p sensum virtutis. Ex hac historia patet ꝙ execrāda est ambitio dn̄andi: que fecit vt isti fratres mutuo bellarēt. iuxta illud Ouidij de etate ferrea fratrū quoq₃ gr̄a rata Et istud venit: quia aliqui hoīes sunt adeo excecati bonis tp̄alibus ꝙ in ipsis ponūt felicitatē suā. qđ tn̄ reprobat a philosopho in primo ethico. & in .x. Sil'r a Boe. in scđo & in tertio đ cōsola. philosophie & p totū decursum libri Ecclesiastes. vbi Salomon istā materiā latissime & ꝑfectissime disputat. ¶ Cōst. O amphiarae sacerdos: dicit̃ quasi sacra dās vel quasi sacra docens. vel sacris dotatus. luis .i. ꝑsoluis: puniris moriēdo: sustines stimulos .i. monitiōes stimulātes vxoris tue dū bacca .i. lapis preciosus. scđm catholicō. bacca p duplex c est fructus oliue vel lauri. et ponit̃ pro quolibet fructu precipue siluestri. & etiā ponit̃ ꝓ gēma. vt hic & in auiano. Qđ nitido. ꝑciū cortice bacca daret. & inde baccatus .i. baccis ornatus. Baccha p h est sacerdotissa bacchi. monilis .i. illi⁹ ornamēti. & dicit̃ a monēdo. flagrātis .i. ardentis. iuxta illđ ebrardi. Fla facit ardorē: sed fra designat odorem. splendet. id est. lucet. vel fulget: pectore argie. spec⁹ .i. fouea hausit .i. absorbuit: subito eū .s. amphiaraum. ex acheronte .i. inferno. Et dicit̃ acheron ab a quod ē sine: & chere quod ē sal⁹. ꝓfundo. dextra prolis filij .s. orbate priuato patre .i. almeon filius amphiarai defūcti mactat .i. occidit tenebris eam .s. matrē suam

Fata chore miseri parere monēt meliori
Accipit infernus quē deuorat arida tellus.
Sed deus occulte moysen sepeliuerat ipse
Nec cuiquā hominū dedit indagare sepulcrū

¶ Hic cōsequēt alithia subiūgit historiā suā & dicit ꝙ mors miserabilis chore debet monere quēlibet ad obediendū deo. Nā iste viu⁹

descendit ad inferos. Deinde dicit ꝙ deus Moysen mortuū abscō/
dit: nec ꝑmisit ꝙ aliquis sepulcrū ei⁹ reppererit. Et expediuit auctor
iste prius aliquas historias de Exodo. Hæc autē habet Numeri. xvi.
vbi dicitur. Ecce aūt chore filij Saul filij Leui & dathan atq͡ꝫ abyron
filij Eliab surrexerūt cōtra Moysen. Alij quoq͡ꝫ filiorū israel ducēti
quinquaginta viri ꝓceres synagoge. Vn̄ chore voluit sibi vsurpa/
re sacerdotiū Aaron. Dathan & Abyron volebant esse principes
exercitus loco Moysi. Et Moyses dixit eis. venite cras & afferte thu
ribula vestra & dn̄s ondet quē volet ꝑesse sacerdotio. Sed dn̄s misit
ignē in cōplices Dathan & abyron qui voluerūt resistere Moysi vi
& de facto nō obedire. Postq͡ꝫ cessauit Moyses loqui cōfestim diru/
pta est terra sub pedibus illorū & aperiēs os suū deuorauit illos cū
tabernaculis suis: & vniuersa substātia eorū. & descenderunt viui in
infernū aperta humo: & perierūt de medio mltitudinis: sed & ignis
egressus a dn̄o interfecit ducētos & quinquaginta viros qui offere
bant incēsum. In duobus vltimis versibus huius partis describitur
mors Moysi que habet originaliter Deut. xxxiiij. ca. vbi iussit eum
dn̄s ascēdere montē abarin in montē nebo in verticē phasga cōtra
Hiericho & ibi mori: sicut in monte hor mortuus erat Aaron fra/
ter suus. Et vt in textu nostro dicitur mortuus est: ibi Moyses seru⁹
dn̄i in terra Moab iubēte dn̄o: & sepeliuit eum in valle terre moab
cōtra phasgor: & nō cognouit homo sepulcrū eius vsq͡ꝫ in ꝑsentē
diem: & forsitan ne a iudeis adoraretur vt de⁹ ¶ Const. Fata. fatum
aliquādo sumitur ꝓ diuina dispositione. & inde dicūtur tres dee fa/
tales a poetis iuxta illum versum. Cloto colum baiulat lachesis tra
hit atropos occat. Aliquādo ꝓ morte. vt hic. vel ponitur hic ꝓ in/
fortunio: chore illius viri miseri: monet quēlibet parere. i. obedire:
meliori. i. deo qui est omnibus melior & superior: infernus dicitur
de infra & fernus: accipit illū: quē tellus. i. terra: arida. i. sicca a ꝓpria &
naturali qualitate sua quā sibi determinat in summo: vt patet. ij. de
generatiōe. deuorat absorbēdo eū viuū: sed ipe deus qui illū punie
rat etiā sepelierat. i. sepeliri fecerat: occulte. i. clam secrete Moysen hūc
hoīem. nec ꝓ &: & nō: & nō dedit. i. nō permisit vl̄ cōcessit: cuiq͡ꝫ ho
minū: alicui indagare. i. inquirere & quesitū inuenire: sepulcrū suum
Aduertendū est hic ꝙ h non est littera: iuxta illud Alexā. in suo do
ctri. Versificatores h ꝓ nulla reputabūt. Et ergo ponitur vocalis o
post immediate & sine collisiōe: nec ideo pōt excusari per elipsim
& sic est metheosis spēs metaplasmi ꝗ̄ vti nō licet. licet vti possum⁹
elipsi & synalimpha vt poetæ vtunt: ꝗuis auctor doctrinalis hoc
ꝓhibeat. cui in hoc cōsentio: Hec historia cōuenit cū fabula ī hoc ꝙ
sicut amphiarus fuit absorptus: ita isti de quibus hic loquitur.

Ventilat oestro decoratam cornibus Io
Iuno ferox: & ei tutelam deputat argi.
Donec in effigiem rediit mutata priorem
Mugit pro verbis horrentibus obsita setis.

¶ In ista parte pseustis cōtinuando altercationē suam p libito incipit narrare aliā fabulā di. q Iuno dea exagitabat cū oestro mulierē quā dā dictā Io habētē cornua: cui custos argus fuit deputat9 & fuit mutata in vaccam mugientē: donec iterato in muliebrē effigiē cōmutata fuit. Istius fabule series habetur in primo meta. vbi recitat q Io filia hynachi fluminis a ioue nimiū dilecta fuit que a facie iouis fugiens tandē caligine terras obscurāte a ioue dephensa est cuius pudorē ipe rapuit. sed ne furtiuū eius coitū soror eius & cōiunx iuno pciperet iupiter ipam Io mutauit in vaccā. vñ di. Oui. Bos quoq formosa est. Iupiter pōt significare diabolū qui vt animā decipiat equi nebulis peccatorū ignorātie includit: quia oīs malus & ignorās breuiter efficit ipam animā bestialē. & vita pecudū eligentē: & que sequitur appetitū sensitiuū & nō dictamē recte rōnis. Cōsequēter di. tex. q Io existēs ppe fluuiū patris Inachi vidēs se habere effigiē vacce timuit & oculos ad iouem erexit: & iterū in fœminā rediit: ita anima aliqñ rediens ad sacrā scripturā. vt cū se & suā conscientiā pscrutans repperit se habere cornua superbie & brutales cōditiones. & tūc debet orare deū vt redeat in pristinū statum gratie & charitatis. & sicut pater ei condolebat & cōpatiebatur: ita prelati debent cōdolere peccatoribus: imo & oēs pximi. Vlterius aperit q iuno suspicās aliqđ malū fuisse perpetratū a ioue petiit illā vaccā a ioue: quā ipa tradidit custodiendā argo pastori habēti centū oculos. de quo Ouid. Centū luminibus cinctū caput argus habebat. Sed iussu iouis mercurius cū virga sonifera & cātus dulcedie dormire fecit harpū & eū occidit. & Io liberauit q iterū mutata est a ioue in fœminā. Illud nunc ponit. Iuno significat ecclīam spōsam chri Io iuuenca significat populū chrianū ecclie aplo cōmēdatū. Argus significat quēlibet platū cui cōmissa ē Io ppls chrian9 regēdus. Tales dnt hre centū oculos p prudentiā exactissimā. Mercurius significat adulatores q adulātur platis variis modis. Et hāc artē adulatiōis tāgit Terentianus ille gnato in eunucho. Isti em adulatores excecant & dormire faciunt platos in viciis: sic Io a iurisdictiōe eorum ad iurisdictionem demonis trāsfertur & argus dānatiōe eterna moritur. Aliter argus est diabolus detinēs aīas peccatrices: quas mercurius. i. christus p passionē suā liberauit & p virgā crucis redemit. Qm vero hic de iunone mentio

incidit eius descriptio poetica videat᷑. Iuno est dea regnorū partuū
& diuitiarū: soror & cōiunx iouis quę semp̱ fuit virgo alūna mer/
curij: & pingitur fœmina tenēs in dextra sceptrū regiū: habēs caput
velatū nube: & vestem diuersorū colorū. Iris aūt est eius nuncia: pa
uones pedes eius lambunt: per istā possumus intelligere virginē ce
li & oīm diuitiarū dominā. semp̱ em̄ ipa permāsit virgo & nutrita
est in mari ꝑpter acerbissimos dolores quos passa est. eius caput ve
latum est nube castitatis: vestē habens multiplicis honestatis: eā am/
bit iris sua nuncia quę significat rorē suę misericordię & pietatis. ha
bet sceptrū. quia dn̄a est celorū & regina: pauones. i. sancti viri lam/
bunt pedes eius per deuotionē & oratiōes: vel Iuno pōt significare
eccl'iam sponsam christi. Physice exponēdo Iuno significat interio/
rem aerē. iupiter vero etherē vl' ignē: ideo dicit᷑ vxor eius: quia sibi
supponit᷑ soror: quia sibi approximat᷑. Iris bn̄ sibi attribuitur: quia
in aere gignitur: neptunū dicit᷑ nutrisse: quia vt ex vaporibus videt᷑
nutrisse aerem. Fulgentius p̱ iunonē intelligit diuitias tēporales per
quas ad diuina deuenit᷑: & dicit᷑ habere caput tectū nube: quia diui/
tie abscondunt᷑ & celant᷑ p̱ neptunū: hoc est p̱ mare. diuitie habētur
multe: induit᷑ multis coloribus: hoc est diuersis apparatibus: pauo/
nes: hoc est nobiles solēt talibus diuitibus adulari & seruire. Iris nū/
cius significat viros eccl'iasticos quos ꝓhdolor modernis tēpibus
videmus magnatibus secularibus famulari: vt ita quos liceret aīas
subditorū celesti pabulo reficere isti detrimētū aīę & subditorū dn̄is
tēporalibus blādiunt᷑: famulant᷑ & inseruiūt. ¶ Con. Iuno illa dea: fe
rox. i. crudelis: ventilat. i. agitat oestro cū tali musca: q̄ alio noīe dicit᷑
thabanus vel fucus: Io. i. illā mulierē: decoratā. i. decorā & pulcrā ef
fectā cornibus: & deputat. i. tradit vel cōmittit: ei tutelā. i. custodiā:
argi. i. illius viri. Hęc lr̄a legit᷑ hypallagice. non cui erat tutela argi: sed
ipius Io q̄ custodiebat᷑: Io oblita. i. circūdata: setis. i. pilis horrentibus.
Seta s̄m Cathol'. dicit᷑ a sus: quia a sue ꝓcedit. vel a suo is. quia valet
ad suendū: vn̄ setosus sa. sum. vt in bucolicis Virgilij. Setosi caput
hoc ē apri &c. Et inde seto tas. & inseto tas. setula nomē diminu. mu
git. i. clamat vel vociferat: & est ꝓpriū boum vel vaccarū: sicut ride
re hoīm. grunire porcorū. ꝑ verbis. i. loco verborū: donec ipa mu
tata d' vacca redijt ī priorē effigiē. s. humanā. Istā fabulā aliqui histo
rici de rege crethēsi & Inacho rege patre Io intelligūt. & hoc ē facile.

Offensus Balaam calcaribus vrget asellā
Angelus occurrit pecudē qui stare coegit
Res horrenda nimis laxatur vox animalis

Que cōsueuit homo pducere verba loquēdo.

¶Hic alithia limitat per pseustim ad accipiendū materiā correspondentē materie pmisse p pseustim sicut semp ipa ab eo limitatur. quia pseustis prior semp alithiā limitat iuxta legē istius carminis amabei ideo ponit ab ipa alithia historia que continet vnū qd accidit in pcessu filiorū israel per desertū ad terrā pmissiōis. Et dicit textualiter & breuiter sic q Balaā iratus pūgebat asinā suā calcaribus: cui angelus occurrēs fecit asinā stare: & ibi res mira & horrēda visa est. quia asina cepit voces emittere significatiuas: quales ab ore hūano emitterētur. Hæc historia scribit originaliter Numeri. xxij. ca. Vbi narrat q audiens & timēs balach filius sephor rex Moabitarū aduentū filiorū israel. s. iudeorū & eorū trāsitū per terrā suā ne eā vastarēt misit nunciū ad Balaā ariolū: hoc est pphetā vel diuinatorē qui dixerunt ei ex parte regis q veniret aduersus illos & eis malediceret. qm ille qui p eū bndicebat erat bndictus. Et ita de maledictiōe. Audiēs hoc Balaā petiuit a dño deo quid faceret. Dixit ei dñs. Noli ire cum eis: neq maledicas populo: quia bndictus est. Et istud rnsum Balaā retulerūt nuncij ad regē: qui iterato misit ad eū nobiliores & seniores pmittens ei multa. que primo refutauit. Sed primo petiuit rnsum a dño. qui dixit ei. Si te vocare venerint hoies isti: surge & vade cū eis: ita dūtaxat qd pcepero facias. Surrexit mane Balaā & strata sua asina pfectus est cū eis. Et iratus est dñs: ecce angelus dñi sibi obstitit: & obuiauit gladio euaginato: pp̄ter quod asina stetit: nec vlterius pcedere voluit: qquis eam grauiter verberabat Balaam: nihilominus ire nolebat. Aperuit dominus os asine & locuta est: quid tibi feci: quid me percutis: dixit Balaā: quia meruisti & illusisti mihi: & aptabat gladiū: sed deus aperuit oculos Balaam & vidit angelū & est reuersus: & cōfessus ē āgelo peccasse. Et dicit ei angelus. vade cum istis sed caue ne aliud q pcepero loquaris. Et in sequenti capi. dicitur q Balaam cepit benedicere populo multipliciter & ipm recōmendare: & futura multa bona pdicare. Iste Balaam potest significare luciferum princip̄ē tenebrarū: qui alijs pcepit vt generi humano maledicerent & ipsum tentarēt & ad interitum ducerent: sed angelus quē habemus custodē hoc impedit. Ex hac historia patet q vt di. comicus: non decet cōtra stimulū calces. Sicut etiā legimus dictum Paulē Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et idem Pau. dicit. Si dominus p nobis quis cōtra nos est. Est ergo hic repræhendēdus Balaam qui contra præceptū domini facere moliebatur. Ex quo vlterius habetur q melior est obediētia q victime stultorū: vt dicitur Ecclesiastici. v. ca. Vlterius patet q si aliquē habet deus in custodia: nō

habet homo aut dæmon potestatē in eū. Sic dicit̃ Nūeri.xxiij. Quo modo maledicā cui deus nō maledicit. qua rōne detester quē deus nō detestatur. Et ad obedientiā diuinorū præceptorū & obseruati/ onē instruit nos ipe deus qui vt dicit in euange. Nō veni soluere le gē: sed adimplere. Et ideo ꝓ nobis formā serui accepit: factus obedi ens patri vsq; ad mortē: vt dicitur Phil'.ij. ¶ Const. Balaam iste vir ꝓpheta: offensus.i.iratus & cōmotus contra suā asinā: vrget.i.cogit asellam dimi.est.i.asinā suam: calcaribus.i. cū calcaribus. dicit̃ ab hoc nomine calx cis.mas.generis.ꝓ talo. Angelus ſm Britonē i summa interpretat̃ nuncius. Catholicon dicit ꝙ ab agios: eo ꝙ sit celestis & sine terra. Et scd'm Dionys. nouē sunt ordīes angelorū. In primo se/ raphin: cherubin: & throni. In media virtutes. dominationes: & po testates. In tertia principatus archāgeli & angeli. Vnde dicit Grego. Angelorū uocabulū nomen officij nō naturæ: occurrit.i.obuiauit sibi. qui coegit.i.cōpulit: & cōponitur de con & ago agis: pecudē.i. est illud animal brutū.s.asinam stare: vox animalis.i.asinę. Aduertē/ dum est ꝙ animal sumitur ꝓ homine qui est animal rōnale tm̄. vt in Psal. Imples omne animal benedictiōe. glosa. hominē. Aliquan/ do ꝓ bruto vel irrationali: vt hic. Animal tū in ꝓpria acceptiōe vt dicunt logici vel physici dicitur esse substātia animata sensitiua. laxa/ tur.i.laxando aperitur loquēdo ea: scilicet verba que homo ratio/ nalis cōsueuit.i.solitus est ꝓducere.i.formare & emittere: res horren da: vel quia est sup. res horrenda.i.horrore digna. Cōuenientia in/ ter fabulā & historiā est: quia sicut Io dedit cōtra naturā voces besti ales quādo in vaccā mutata est: ita asina humanas voces emisit con tra naturam.

Sufficeret thalamis vt Iupiter amphitrionis
Noctis opē placide geminauit cādida phebe
Protinus alcimena licet indignante nouerca
Editus alchides immissos strangulat angues.

¶ In hac pte pseustis cōsequēter ponit aliā figurā seu narrationē di. ꝙ nox fuit duplicata & luna gemīauit lucē suā vt Iupiter posset iace cere cū alcimena ex q̃ genit⁹ hercules statim adhuc ipe existens in cu nabulis strangulauit serpentes contra ipm missos a Iunone vxore iouis. Hāc fabulā describit quidā poeta leui & claro stilo breuiter in libello qui incipit. Grecorū studia niuiūq; diu secutus. Amphitrion haberet cōmunes: vbi narrat̃ ꝙ iupiter dilexit alcimenam quæ erat vxor regis thebarū qui appellabat̃ amphitrion. & concubuit cū ea in specie amphitrionis & nox nō sufficiebat ꝓ explenda libidinosa

voluptate sua idcirco eā geminauit. & ex illa natus est hercules. Sed Iuno quę erat dea partus volebat impedire partū eius: & illa laborante ex partu terrę inflectebat digitos genua intricabat quod percipiens gallātis volebat dn̄am suā liberare: & dixit ad Iunonē. Gaude tu: quia domina mea pepit: & tn̄ falsum erat: & surrexit Iuno & iterū dū surrexisset: & nō impediret partū pepit alcimena herculē. Iuno aūt irata gallantē in mustelā transformauit. & quia ore & voce Iunonē deceperat. voluit Iuno ꝙ decetero mustela ꝑ os pareret. Et dicit̄ cōsequēter in duobus vltimis versibus: & illud tangitur a nr̄o Galtero insulensi in sua alexādreide ꝙ Iuno irata ꝙ partū impedire nō potuerat herculi insistenti in cunis misit duos serpētes qui eū interficerēt: quos hercules suffocauit manibus ꝓpriis & mactauit. Historia veritas est: vt dicit Iupiter rex oppssit & deflorauit alcimenā quā duxit amphitrion in vxorē & incātatorie tenebras induxit vel thalami fenestras clausit. Iuno iouis cōiunx irata ad herculem misit duos fortissimos hoīes quos tamē hercules īterfecit. Moraliter hercules puer significare potest quēlibet virtuosum puerū per innocētiā & puram vitā fortē: tamen virtutibus formatū & habituatū qui serpentes. id est demones vicit: frenat stimulos carnis sibi immissos a iunone nouerca. id ē sensualitate quæ semper aduersatur rationi vt dicitur in primo ethi. Et exēplo herculis qui etiā a puericia cepit fortiter & virtuose agere debem⁹ induci ad incipiendū tempestiue opari s̄m virtutē & nos in actibus virtutū exercere: quia teste Oui. Qui nō est hodie cras minus aptus erit. vnde quidā metrice. versus Qui nō assuescit virtutibus dum iuuenescit. A viciis nescit discedere quādo senescit. Quoniam: quod noua testa capit inueterata sapit. vnde di. Hora. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu &c. Cōsuetudo enim est altera natura: vt dicit philosophus in. ii. Physi. ¶ Const. phebe. i. luna nomen est græcū: candida. i. lucida vel splendida: geminauit. i. duplicauit: opem. i. auxiliū noctis placide ad hoc vt iupiter ille deus sufficeret. i. sufficiēter & noctiue permaneret thalamis. pertinet ad cōiuges: iuxta illud. Sit thalamus spōsi: dic cameram esse scholaris: amphitrionis regis alchides. i. hercules Sciendum est ꝙ hercules dicitur ab her quod est lis & cleos gloria quasi gloriosus in lite: fuit enim strenuus in bellorum litigiis. Alchides dicitur ab alchos quod est fortis & idea forma: quia fuit fortis & formosus. editus dicitur ab edor eris. i. ꝓductus: natus: ꝓxim⁹. i. statī alcimena illa regina. & hoc dico nouerca. s. iunone dea indignāte. & occidit angues. i. serpētes. & dicit̄ ab angēdo. i. cōstringēdo: immissos. i. cōtra ipm missos a iunone. indignāte. i. indigne ferēte. strangulat. i. strāgulando suffocat.

Victrici populo ne quondã viuida bello
Deficeret virtus gabaon ad prelia phebus
Imperio ioſue ſtabat defixus in arce
Que ſancte fidei ſint premia diſcite cuncti

¶In hac parte alithia cõſeq̃nter ponit hiſtoriã ſuã in qua oñdit qualiter pp̃ls ſe habuit in terra ꝓmiſſionis. Et diuidit̃. Primo oñdit qualiter ſe habuit ſub Ioſue. Secundo ſub Sanſone ibi. Sanſon exuuijs In prima parte dicit ſic. Ne illi qui gabaon inhabitabat vincerent̃ ab aduerſarijs ex diſpoſitiõe & oratione Ioſue ſol ſtetit fixus nec deſcẽdit ad occaſum: vt bellũ cõpleri poſſet. Et ex hoc apparẽt p̃mia ſancte fidei illius. Iſta hiſtoria nõ ſcribit̃ in aliquo librorũ Moyſi. vnde oẽs hiſtorię p̃miſſe ſcribũtur in aliquo quinq; librorũ Moyſi: hoc patuit ex quotatiõibus factis quo ad illas. ſed vt dicit Hiero. in ꝓlogo Ioſue. Tandem finito pẽtateucho Moyſi velut grandi fenore liberati ad Ieſum filiũ naue manũ mittimus. & iõ in p̃ſenti ad vnã hiſtoriã libro Ioſue trãſeundũ eſt: vt habet̃ Ioſue. x. c. vbi recitat̃: ꝙ cũ audiſſet adonizedech rex hieruſalẽ ꝙ. ſ. cepiſſet Ioſue hay & ſubuertiſſet eã: & ꝙ icole citatis q̃ dicebat̃ gabaon eẽnt cõfederati cũ pp̃lo iſrael timuit valde: qa gabaon erat ciuitas valde magna: & in ea erãt bellatores fortiſſimi. Miſit rex hier̃lm ad Obam regẽ Ebron: & ad pharã regẽ hierimoth. ad iaphie quoq; regẽ lachis. & dabir regẽ heglõ dicẽs. Ad me aſcẽdite & ferte p̃ſidiũ: vt expugnemus gabaon q̃re trãſfugerit ad Ioſue & ad filios iſr̃l. Congregati igit̃ illi quinq; reges amorreorũ noĩati: caſtrametati ſunt cõtra gabaon & oppugnabãt eã: hĩtatores aũt illius ciuitatis miſerũt ad Ioſue vt auxiliũ haberent: venit ergo ad galgalis cũ exercitu magno. Et dñs dixit ei. Ne timeas eos: in manus em̃ tuas tradidi eos. Et ita ſup eos irruit Ioſue & fugauit oẽs & cõtriuit. Et dñs miſit de celo magnos lapides & grãdines qui ꝗ̃pl̃es ĩterfecerũt. Et orationibus Ioſue ſol & luna ſteterunt donec vlciſceret̃ gens de inimicis ſuis: & ſtetit ſol ĩ medio celi. & nõ feſtinauit occũbere ſpacio vnius diei. Quo facto reuerſus eſt Ioſue cũ omni iſrael ĩ caſtra galgale. Fugerũt em̃ quinq; reges & ſe abſcõderant in ſpelunca vrbis maceda: & iuſſit Ioſue vt ſaxa ĩmenſa voluerẽt ad os ſpelũcę: & poſiti ſunt viri induſtrij qui clauſos ibi cuſtodirẽt. Et oĩbus aduerſarijs occiſis & fugatis: adducti ſunt quinq; reges ante Ioſue: & iuſſit ꝙ iudei pedes ſuos ponerẽt calcãdo colla eorũ regũ & Ioſue ꝑcuſſit & occidit eos: ac interfecit & ſuſpẽdit eos ſuper quinq; ſtipites vſq; ad veſperũ. & tũc recõditi ſũt in ſpelũca ĩ q̃ latuerãt: & hęc fere de verbo ad verbũ ſũt ṽba origĩalia text⁹ biblie

a qua recedere nō est fas. Allegorice ꝑm glosas cōes per gabaonitas intelligimus genus humanū nō totū: sed tm̄ illos qui vere adherēt chr̄iane religioni. Rex israel inuasit gabaon.i.lucifer genus humanū & illud expugnauit ꝑ quinqꝫ reges.i.per quinqꝫ sensus: sed dn̄s voluit ꝙ rex israel interficeret per Iosue. vn̄ deus pater misit filiū suum vnigenitū ad bellandū cōtra antiquū serpentē: vn̄ ꝙ sol stetit ꝓpter victoriā habendā. hoc est dn̄s qui nō vult mortē pc̄ōris: sed vt cōuertat & viuat: auget & dat nobis spaciū pn̄ie vt possimus habere victoriā sup̱ demonē & pc̄ā nr̄a. De ista fixione solis & ꝑmansiōe in eodē puncto celi cōsiderēt astrologi qualiter fieri potuit remanētibus suis obseruātijs in vigore & virtute sua: sicut etiā legitur ꝙ ita accidit tpe Karoli magni Frācorū regis qui hanc almā vniuersitatē de roma vbi erat impator ad hāc Parisiensem vrbē trāstulit. ¶ Cō. phebus.i.sol stabat fixus in arce vl' turri vel summitate celi impio.i. ad imperiū & rōnem. Iosue.i.illius viri nomen indeclina. ne virtus viuida.i.valida: firma potēs. & dr̄ d' viuo is. & ꝓprie attribuit faci ei bello bellū dicit a bellus la.lum. qd' ē pulcer cra.crum. ꝑ antifrasim populo victrici. victrix reperit in plurali oīs generis. sed in noīatiuo actō & vctō singularibus fœminī: & in alijs oīs generis. Istud ē generale. ideo talia cōstruēdo textum duxi nō omittēda ad ꝓlia.i.ad bella gabaon illius ciuitatis. nomē est indeclinabile. Et ideo quia tale miraculū diuina voluntate ad p̄ces Iosue viri iusti fidelis effectū est vos cuncti discite.i.cognoscite & videte ꝑ illud miraculū: q̄.i.qualia & quāta sint p̄mia sancte fidei.s.catholicę. & sic īuitātur ad mirādū de potētia dei & scītate fidei. Ista historia cōcordat cū p̄cedenti narratiōe: quia sicut iupiter fecit nocte duplicari vt posset potiri alcimena. ita Iosue fecit diem ꝓlongari vt haberet victoriā de aduersarijs suis.

Alchide vigilem spoliauit claua draconē
Gerionis pompā rapit & cōsumpserat hydrā
Cacus cessit ei succumbit ianitor orchi
Incendit demū pellex dianira superbū.

¶ Hic cōseq̄nter pseustis ponit aliā fabulā siue fabulosam narratiōnē di. ꝙ claua herculis occidit draconē qui vigilāter virgultū custodiebat. Dicit scd'o ꝙ hercu. rapuit armēta gerionis. Tertio dicit ꝙ ille idē occidit hydrā serpentē. Dicit quarto ꝙ cacus latro quidā cessit ei. Dicit p̄terea & quinto ꝙ ianitor orchi ab eo subiugatus est. Finaliter dicit ꝙ quedā meretrix vocata dianira cum camisia intoxicata hercu. cōbussit. hoc habet iste textus in breui & in summa. Sciendū

est q᷑ hercu. fuit vir fortissimus & strenuissimus. cuius multa egregia facta breuiter scribit Boe. in de cõsola. philosophiæ metro fi. li. iiij. & Oui. in suo meta. lib. ix. Circa primã partẽ in qua dicit᷑ alchide virilẽ spoliauit claua dracõnẽ. Sciendũ est q᷑ egle cretula & aspertula fuerũt tres filię hesperi qui fuit filius Iapetim & frater athlãtis. He tres fingunt᷑ hortũ habuisse in quo erat arbor ferẽs poma aurea q̃ draco peruigil seruabat. hercu. aũt dracõnẽ supe͂rãs secũ poma deportauit: p has tres soro. intelligimus intellectũ: memoriã & facundiã. Per hortũ in quo erãt poma aurea itelligitur claustrũ pectoris Per arborẽ poma aurea ferentẽ philosophiã sanctissimas sciẽtias & cõclusiones & materias continentẽ. Per dracõnẽ vigilẽ intelligimus animũ cõtinue in exercitio studij pmanẽtẽ. per hercu. quẽlibet discipulũ subtilẽ & diligentẽ qui studẽdo vel disputando rapit aureas & pciosas sñias philosophię. & dracõnẽ: hoc est magistrũ supat. Dicũt tñ alij q᷑ athlas est ille qui habebat inviridario suo poma aurea. Et ad veritatem vt dicũt athlas fuit rex oriẽtalis in astronomia peritus hercules fuit eius discipul⁹: sed habebat athlas magnũ thesaurũ quẽ hercu. sibi rapuit. Exponi põt sic. hercules significat virũ virtuosum athlas significat carnẽ: draco vigil significat motus illicitos carnis q serpunt in hoĩe & vigilãt nocte & die tentãdo nos: sic ergo achilles id est homo ṽtuosus athlãtẽ. i. carnẽ deuicit: & inde thesaurũ asportat scilicet virtutẽ. Et quoniã de athlante hic mẽtio incidit. Sciendum est scd̃m poetas q᷑ vt dicitur in. iiij. meta. athlas habuit respõsum q᷑ filius iouis mala eius aurea raperet: & ideo voluit rapere perseum in domo sua: sed perseus mõstrauit sibi caput gorgonis: & ipse in montẽ lapideũ mutatus est vsq; ad celos eleuatũ: & tunc perseus potuit illi mala rapere ꝓ libito. Et iste athlas dicebat᷑ homo magnus q᷑ celum suis humeris sustinebat: pedes erant supra terrã: vnũ brachium eius erat in oriente & aliud in occidẽte: & fuit rex vltimorũ hispanie finiũ. Iste athlas põt significare quẽlibet diuitem & auarũ. Perseus nobiles principes & tyrãnos: & quia nolũt rustici aliquod subsidiũ ministrare istis nobilibus: & ideo sepe ipi expugnãtur: depauperãtur & depdantur. Vel iste athlas significat altos & subtiles theologos & philosophos disputãtes de celestibus: qui freq̃nter nõ recipiũt in corde suo perseũ: hoc est christũ. sed magis curãt physicas & pegrinas doctrinas & non morales. ideo deus p gorgonẽ. i. diabolũ mutat eos in lapidẽ per duriciã cordis & obstinationẽ: de talibus dicit apostolus ad Rom. i. qui cũ deũ cognouissent ñ tanq̃ deũ glorificauerũt. sed euanuerũt in cogitatiõibus suis: & induratũ est insipiẽs cor eorũ: & istud põt statim applicari ad aliquos nostri temporis qui derelictis moralibus: vt biblia lib. ethi. textus sententi-

rũ scriptis.iiij.doctorũ eccl'ię:se cõferũt ad alias steriles & infructu/osas subtilitates:& hæc de ista prima particula nostri textus.Circa secundũ aduertendũ est ꝙ gerion gigas fuit qui triplicem formã vel tria capita habuit quẽ hercules supauit. Vnde dicit Catholi. in hoc vero ꝙ gerion fuit rex Hispanie tricorpor: quod nihil est aliud nisi ꝙ fuerũt tres fratres eiusdẽ cõcordię vt in tribus corporibus quasi vna anima esset.Et quia iste tribus insulis pfuit balcarib⁹ scilicet ma/iori & minori & ebuso:& eum hercules supauit.Moraliter alchides vt prius significat hoĩem virtuosum qui deuicit gerionẽ.i. terrena: hic habet tres partes principales: quia vel deuicit mundũ: carnẽ vel demonẽ nobis continue assunt tentando: vel gerion est diabolus qui multipliciter hominẽ infestat cogitatiõe visu & opere.Hęc pbi/tas herculis tangitur a Boetio vbi supra.Circa tertiã particulam sciendum ꝙ serpens in palude grecie manebat quem hercules inuasit sed cum vnum caput scinderet multa renascebantur: sed tandẽ hercules principale amputans igne cõbussit.& sic deuictus fuit.Veritas fuit ꝙ in grecia fluuius erat qui maxime parti illius terræ nocebat: serpens hydrus dicit̃ eam inhabitasse:quia ibi erat aqua: hydros em̃ græce est aqua latine:sed hercules riuulos voluit obstruere:vno autem obstructo aqua ad plures crescebat & redundabat:sed tandem congeriem lignorũ illic apposuit & sic illum fluuiũ siccauit. Hercu/les.i.vir virtuosus volẽs abscidere motus carnales debet principa/les abscindere:& aliqñ vno absciso alij nascũtur:sed oportet diligẽ/ter totũ ignem charitatis torrere.Aliqui comparãt materiã de pde/stinatione diuina hydre:quia abscisa & soluta vna difficultate veni/unt due & emergunt.Circa quartã particulã aduertendũ est pulcra hęc narratio.& plixe tangit̃ a Virgi.in.viij.Enei.Et illa probitas ₰m ordinem Boetij:vnde cacus fuit filius vulcani qui ignem p os mittebat.hic aũt multa mala fecit euandro qui regnabat in litore tyberino vbi nunc roma.& multas vaccas sibi furabat̃.& versis vestigijs secũ traxit in foueam quę erat in auentino monte. vel in apennino in quo habitabat.Et cum vna illarũ mugiente furtũ suum esset her/culi nunciatũ extractus est & occisus.Argumentum morale potest esse:quia cacus ponitur p malo.nam cacus græce est malũ latine: & est malus filius vulca.i.ire emittens ignem iracundię & detractionis per os.Per Euandrũ intelligitur vir bonus:ab eu quod est bonum & andros quod est virilis: quę infestabat cacus rapiendo bona sua & frauduletẽr:sed bonũ euandri manifestatur:& ipe cacus punit̃ & superatur.& conuincit̃.Circa quintã particulã sciendũ est ꝙ hercu/les descendẽs ad inferos pter raptũ thesei. Vel ₰m alios pserpinã tenuit ne cerberũ laceraret: pter qđ traxit eum ab ĩferis.Cũq; cer

berus vidiſſet inſolitã lucẽ: ſpumas cepit egerere ab ore ſup herbas vñ venena naſcebant̃ q̃ dicunt̃ aconita. Vnde in. viij. metamor. Eſt via decliuis p quã tirintius heros triſtantẽ contraq; diẽ radioſq; mi cantes. Obliquos oc'os nexis adamãte catenis Cerber; attraxit &c. Intellectus eſt talis. Sapiẽs aliqñ deſcẽdit ad inferos. i. ad bona tempo ralia vt aliũ liberet. ſed dũ cerber; extraxit. i. curã terrenor; q̃ carnẽ deuorat lucẽ nõ poteſt tolerare: ſed venenũ ſpumat dũ ſapiẽs tem palia cõparat ad celeſtia: tũc iſta apparẽt veneno plẽa & corruptõe Vñ cerberus tria capitalia pctã. ſ. irã. ſupbiã inuidiã qbus correſpõ det triplex bonũ. ſ. amor dei: amor proximi: & amor ſuijpi⁹. ſup/ bia em̃ deſtruit amorẽ dei. inuidia amorem pximi. & ira corrodit ſeipm. vt hic vicia hercu. ligat triplici virtute. ſ. fide ſpe & charitate vel humilitate charitate & tpantia. Et d' hoc cerbero etiã tãgit Boe. in metro finali tertij libri. & Virgi. vi. enei. Et de ipo dicit̃ iſtud. Cer berus omne vorãs tria poſſidet ora canina. Ex iſtis. xij. igit̃ probi/ tatibus. & ex pbitatib⁹ etiã agamenonis & vlixis cõcludẽdo Boe. inuitat nos ad libent̃ ſufferendũ labores: habendũ fortitudinẽ ve/ rã in animo: dicẽs. Ite fortes vbi celſa magni duxit exẽpli via &c. Et herculẽ aiũt ppter pbitates ſuas trãſlatũ in celũ: vt dicit̃ meta. ix. vbi mortales tirinti⁹ exuit artus pte ſui meliore viget. Circa finalẽ par ticulã noſtri textus: de qua dicit̃ p Sene. in tragedijs ſicut de aliquib⁹ alijs tangentib⁹ herculẽ. Sciẽdũ eſt q cũ hercu. peteret ſibi vxorem dianirã filiã oenei regis calidonie patris thidei & maleagri. & illa iã achelo p flumine pmiſſa fuiſſet ea pugnauit contra acheloũ. vt etiã tangit Boe quo ſupato ipam accepit in vxorẽ. Et cũ pariter veni/ rent ad fluuiũ quẽdam habenũ. & ille pluuijs intumuiſſet: pmiſit q dam centaur⁹ noĩe nexus ſe fideliter portare illã extra fluuiũ: ſed eã voluit cognoſcere. & eũ ſagittauit hercules ſagitta venenata. ille au tẽ cũ iã moreret̃ tradidit dianire quandã camiſiã ſanguĩe hydre ler uee intoxicatã. quã dixit talis eſſe pprietatis q ſi hercules aliã ab ea duceret vxorẽ & indueret illã camiſiã: ſtatim ad amorẽ ei⁹ reuoca/ retur. Poſt multa tpa hercules debellauit quandã patriã vbi dilexit iolã reginã etholie filiã eritoi. Hoc audiẽſ dianira p lieam pdictã ſibi miſit camiſiã. qua induta veneno cõburebat̃. Cõſiderãs ille eueniſſe illd' p lieã: illũ in ore ſũ de iactauit in aurã q diriguit in lapidẽ qui ad huc in choyca regione humanã ſeruat figurã. Hic patet eſſe q hoĩes pbiſſimi & ſtrenuiſſimi p mulieres ſunt occiſi & victi: ſicut dic̃ egre gius verſificator. Adam ſanſonẽ regẽ dauid et ſalomonẽ. Femina decepit: quis modo tutus erit. Vnde de iſto hercule' dicit Seneca in tragedijs q poſt multa bella pacta hercules ſeruiebat ante ompha lẽ. & iſtud recitat breuiter Terentius in eunucho dicens. Qui minus

ꝙ Hercules seruiunt omphale. Et aduertendũ ꝙ Boeti. hic tangit in metro finali iã allegato ꝙ dũ Hercules se excitaret aspexit geminos centauros: & emissa sagitta vulnerauit. & de istis in metro finali. iij. de cõso. vbi dicit. Non ixio nõ caput velox ꝑcipitat rota &c. Et hęc sufficiãt de isto textu. ¶ Const. claua dicitur a cleo. i. ꝑcutio. alchide. i. herculis: spoliauit. i. priuauit pomis aureis: dracone vigilẽ. i. cõtinue seruantẽ: alchides inquã rapuit pompã. i. turmã vel. i. armẽta aĩalia gerionis illius viri. & ip̃e cõsumpserat. i. oĩno destruxerat & occiderat hydrã. i. illã serpentẽ. cacus ille vir ferox & latro ꝑuersus: cessit. i. locũ dedit ei scilicet hercu. ianitor. s. cerberꝰ. & dicit a ianua quod est porta: orchi. i. inferni. & dicit ab orche suscipere. succũbit. i. supponitur & submittit herculi. demũ. i. finaliter dianira illa mulier: pellex. i. meretrix: quia aliĳs supposita fuit. dicit autẽ a pellẽdo alia: vel a pelliciendo. i. illaqueãdo: incendit. i. cõbussit: superbũ. i. exaltatũ herculẽ ꝓpter egregia gesta sua. & superbũ. i. nobilẽ: vt apud Virgi. iij. enei. in principio cecidit superbũ illũ. superbũ. i. nobilẽ.

Sanson exuuĳs indutus membra leonis
Sternit mille viros deuastat vulpibus agros
Vrbis claustra tulit neruorũ vincula rupit
Fraude sua tandẽ prescindit Dalida crinem.

¶ Hic alithia narrat histo. ꝓportionabilẽ p̃misse dicẽs: ꝙ vir quidã fortissimus dictus Sanson: habens mẽbra tecta pelle leonis occidit mille viros. Dicit præterea ꝙ ille agros cũ vulpibus deuastauit. Vlterius dicit textus ꝙ secũ duxit portas ciuitatis & rupit vincula quibus ligabat: finaliter vxor eius Dalida ꝑ abscisionẽ capillorũ sibi vires subtraxit. In ꝓcedentibus visẽ sunt alique historię posite in libris Numeri & Iosue. Hic cõsequẽter describũtur alia quæ habẽtur in li. Iudi. xiiĳ. ca. vbi dicitur recte in principio ca. Rursum filĳ israel fecerũt malũ in cõspectu dñi qui tradidit eos in manus philistinorũ q̃dragita annis. Erat aũt quidã vir de Sara & stirpe Dan noĩe manue habẽs vxorẽ sterilẽ: cui angelus dñi apparuit & dixit ad eã: sterilis es & absq; liberis: sed concipies & paries filiũ. Caue ergo ne bibas vinum: sicerã: nec immundũ quicq; comedas: quia concipies filiũ cuius nõ tanget caput nouacula: & ip̃e incipiet liberare israel de manu philistinorũ. & hæc illa renũciauit marito suo: vt patet in tex. Et sequitur in fine. peperit itaq; filiũ & vocauit nomen eius Sanson: creuitq; puer & benedixit ei dominus. Istis premissis descendendũ est ad singulas nostri textus particulas. Prima particula tractat de occisione leonis: d' quo habetur Iudicũ. xiiĳ. ca. in quo dicitur ꝙ Sanson

a parentibus suis petiuit mulierē vnā philistinorū in vxorē & cum descenderet in thānata apparuit catulus leonis seuus & rugiens: & occurrit ei: sed Sanson dilacerauit eum & occidit & descendit: & lo/cutus est mulieri illi: & post aliquos dies reuertēs vt acciperet eā de/clinauit: vt videret cadauer leonis: & ecce examen apum in ore leonis erat & fauus melis. Et cū esset in thānata & ciues loci illius venissent dederūt ei sodales trigīta: qui cū essent cum eo illis ꝓposuit Sanson ꝓblema & enigma dicens. De comedēte exiuit cibus: & de forti egressa est dulcedo. quod nisi soluerent triginta syndones & totidē tunicas sibi darent: si soluerent ipē daret eis. Sed cum ipē illud exposuit vxori suę importune eum rogāti. & ipā illud indicauit ciuibus suis. Iste Sanson significat christū qui ab angelo ꝓnūciatus est: qui occidit leonē: hoc est diabolū & deuicit: & portas inferi aperuit & cōfregit. In cuius ore fauus mellis: hoc est in limbo patrū ad quem omēs sancti ante christi passionē descendebāt: repperit sanctos pa/tres & patriarchas & ꝓphetas qui ꝓphetias & alias scripturas dul/ces & sanctas cōscripserūt. Et hoc de prima particula breuiter dicta sufficiat. Circa secundā sciendū est vt dicitur Iudicū. xv. ꝙ cum Sanson esset solus ad eum interficiēdū missi sunt mille viri fortes quos oēs Samson cum maxilla asini interfecit. hoc pōt exponi: vt dicūt glosę ꝙ Iesus christus per validā sanctā predicationē Pauli mille viros ad fidē christi cōuertit: quia Paulus qui ante fuerat seuissimus tyrannus effectus fuit gloriosissimus & electissimus ṗdicator: vt patet decursu suarū epistolaꝝ quas misit modo ad romanos modo ad alios. Circa tertiā particulā aduertendū est ꝙ de istis vulpibus habetur originaliter Iudicū. xv. vbi dicitur ꝙ Sanson prexit & accepit vulpes triticee messis caudasqꝫ earum iunxit ad caudas & faces ligauit in medio quas igne succēdens dimisit: vt huc & illuc discurrerēt: que statim prexerūt ī segetes philistinorū. Hoc est christus: vulpes. i. diabolos permisit hoīes tentare & quasi vastare. Aliȷ̄ ꝑ Sansonem in hoc passu intelligunt diabolum qui agros huius mūdi deuastat: hoc est falsis ṗdicationibus & hereticis qui seminant zizaniam inter fratres in falsam doctrinā disseminant. Circa quartā partem parti/cule considerandū est quod de ista destructiōe portarū habetur Iu/dicū. xvi. c. vbi dicitur ꝙ cū Sanson intrasset gazam ciuitatē philistinorum. ciues circūdederunt eū expectantes cum silētio: vt in crasti/no mane eum occiderent. & Sanson media nocte cōsurgens venit ad portas ciuitatis: & apprǣhēdit ambas fores cum postibus & eas portauit ad verticē montis qui respicit Ebron. Post hęc amauit mulierē que habitauit in valle Soreth: & vocabat Dalida. Istud expo/nitur iuxta ṗcepta ꝙ christꝰ inferni portas fregit & sanctos patres

tibi existentes ad montē. hoc est apud paradisi gloriam deportauit.
Circa quintā particulā sciendū est ꝙ Dalida monita a philistinis in/
quisiuit a Sansone vbinā esset aut lateret eius fortitudo. Et dixit ꝙ
si septē funibus humentibus ligatus esset infirmus esset: vt alij hoies
Quibus & ipe ligatus est: sed eos rupit quomodo si rūpat quis filū
stuppe tortū sputamine: & nō est cognitū in quo esset fortitudo ei⁹
illud habetur Iudicū. xvi. ca. hoc potest exponi d' christo qui vincu
la mortis rupit: quādo tertia die ipe a mortuis resurrexit. Aliter sic si
christus habuisset septē peccata mortalia īfirmus fuisset sicut alij ho
mines: sed nō obstante ꝙ philistini. i. diaboli vellent eum tentare &
inducere ad peccatū ipe restitit & tentatiōes superauit & euasit. Circa
sextā & vltimā particulā aduertendū est ꝙ hec particula originali/
ter sumit̄ Iudi. xvi. vbi dicitur postq̄ Sanson ter ficte dixisset vxo/
ri sue in quo virtus eius cōsisteret. tandē dixit ad eā veritatē rei. Dicit
ergo nunq̄ ascendit supra caput meū ferrum: quia nazareus. i. con
secratus dn̄o sum de vtero matris mee. & si rasum fuerit caput me
um recedet a me fortitudo mea: & illud Dalida mandauit principi
bus philistinorū: & cum dormiret super genua sua tonsor rasit eū
& fortitudo discessit ab eo. Et philistini sibi statim oculos eruerunt:
& cū gazam duxerūt & molere fecerunt. Iāq̄ crines renasci ceperāt
& cōuenerūt principes philistinorū vt immolarent hostias & epu/
larentur & gauderent in epulis: quia Sansonem habebant in mani
bus suis. Adductus aūt ibi de carcere ludebat ante eos: fecerūtq̄ ip
sum stare inter duas colūnas: domus aūt erat plena philistinorū re/
spicientium Sansonem: & oratione facta Sanson vnam colūnā le/
ua: aliam dextera accipiens domum deiecit: & oēs & seipm inter/
fecit: & sepultus est i sepulcro patris. Ex hac parte clare apparet frau
dulenta conditio mulierum que suis fallacijs homines fortissimos
& prudentissimos malos & insipiētes efficiunt. & latius declarari po
test hec particula sicut alie precedentes: quia in qualibet materia pul/
cerrima continetur que summarie superius ꝑ viribus expressa est.
Verum est tamē ꝙ hic per capillos Sansonis: qui sunt superflua vt
sciunt naturales philosophi intelligimus hūanitatē christi que mor
ti tradita fuit: & de medio sublata ꝑ Dalidā: hoc est per synagogam
iudeorū q̄ chr̄m crucifixit: sicut pie & deuote quilibet euangelistarū
describit. Cōst. Sanson iste vir pōt esse indeclinabile: ita fit frequēter
indutus mēbra sua: ecce illud participiū deriuatū a verbo maxime
transitiōis: regit acc̄m casum: licet a verbo passiuo detinet̄: exuuijs. i.
spolijs pelle. Et dicit̄ exuuie exuuiarū: vel singulariter exuuiū. uij. &
dicit̄ ab exuēdo: leonis isti⁹ aīalis fortissimi sternit. i. occidit & hic p̄t
sumi ꝑ tp̄e. s. p̄sens ꝑ p̄terito: mille viros. i. homiēs viriles & fortes

deuastat.i.cōbussit& dissipat agros.i.arua cāpos: vulpibus.i.aīalib⁹ istis fraudulentis vt semꝑ dicunt oēs apologi esopi & aliarū in quibus fit mentio de vulpe.dicit᷑ aūt vulpes quasi volubilis pes. & est etymologia:& per ipam fallaces hoīes intelligunt᷑:ipe inquā tulit .i. portauit secū:claustra vrbis.i.portas ciuitatis:quibus ciuitas claudebatur:rupit.i.fregit:vincula.i. ligamīa:neruorū.i.chordarū factarū de neruis quibus ligatus erat:Dalida est mulier vxor ei⁹:prescindit pōt scribi ꝑ s:& tunc etiā ꝑ n.& tunc cōponitur de pre& scindo dis. vel scribit᷑ ꝑ c.tm̄ & sine s. & tunc cōponit᷑ de pre & cedo dis .cecidi cesum.tandē.i.finaliter:crinē.i.capillos ipsius Sansonis: & sic crinē.i. crines.numerus ꝓ numero:& est ipallage:vt.ij.ęnei.Armato milite id est armatis militibus.vel pōt esse aleotheta de qua dicit᷑. Aleotheta genus nescit numeros neqꝫ casus.sua fraude.i.per suā deceptionē fraudulentā.Hæc historia conuenit clare cū narratione priori: quia ibi de Hercule viro ꝓbissimo & strenuissimo visum est. hic aūt de Sansone fortissimo.

Nomina mille deū vatem defendite vestrum
Qui colitis ditem qui stelliferā regionē
Qui partes mūdi qui stagna tonātis abyssi
Noīa mille deū vatem defendite vestrū

¶Hic incipit secunda pars huius libri incipiēdo a parte executiua .s. primus cretheis:quia si incipiamus a principio erit tertia:& in principio potuisset diuidi secūda pars: Primus cretheis prima diuisione cōtra istā:& hic videtur posse significari prima debilitas pseustis aduersus alithiā.Fabulas em̄ & narrationes varias ꝓposuit pseustis & alithia semper ꝓmptissime rn̄dit.Hic igitur occasione hui⁹ pseustis tanqꝫ de ꝓpriis viribus diffidens auxiliū a diis petit & exposcit. Et istum textū possum⁹ sic diuidere. Primo ponit᷑ debilitatio pseustis & exprimit᷑ ꝑ deorū suorū inuocationē.Secūdo quasi ꝑ desperationē & cōquestionē.ij.ibi.quadrupedes phebi. vel ₛm aliā diuisionē tactā in illa parte primus cretheis.Sic cōtinuat᷑ iste textus ad ꝑcedentes. In ꝑcedentibus posita & narrata sunt multa gesta in tribus etatibus mūdi.hic cōsequēter narrant᷑ gesta in duabus etatibus sequentibus & diuidit᷑. Primo ponūtur gesta in quarta etate tpibus regum. Secūdo in quinta.ij.ibi.Inscius esse deū.Itē prima ī duas.Primo ponit᷑ numinū diuinorū inuocatio.Scd'o disputatōis incepte ꝓsecutio & fabularū & historiarū narratio.scd'a ibi. Certauere sequi:vel ibi. Ne regis corpus.Itē primo ponit᷑ inuocatio facta ꝑ pseustim.Secūdo ꝑ alithiā.secūda ibi.Par ideqꝫ deus.In prima parte inuocat deos

suos dí. O mille dĳ qui mille habetis noĩa: nunc me vestrũ vatẽ & vestri nominis exaltatorẽ: & vestre secte dogmatizatorẽ defendite Vos dĳ infernales & o dĳ celicole: & qui diuersas mundi partes: & etiã abyssum incolitis me vestrũ vatem queso defendite. Ex hoc te/xtu apparet pseustim esse falsum ꝓphetã & infidelẽ cũ inuocet plu/res deos. Et cũ scriptũ est in Psal. Omnes dĳ gentiũ demonia. dñs au tem celos fecit: verũ est tamẽ ꝙ stoici dixerunt vnũ tm̃ deũ esse: sed alia dicebãt deitatis mẽbra vel officia. Et illud videtur sentire Virgi. qui in. vi. ęnei. dicit sic. Aureus & folĳs & lento vimine ramꝰ. Iuno ni inferne dictus sacer. vbi innuit ꝙ est eadem deitas que in celo ap pellatur iuno celestis: & in inferno iuno infernalis. Etsi vellet aliquis latissime & perfectissime materiã de dĳs istis siue celicolis superis & alĳs si tueri videat Fulgentiũ mitologiarũ. & melius in tredecimo li. Ioan. bocacĳ de genealogia deorũ gentiliũ per totũ decursum libri Est tamẽ aduertendũ ꝙ maximi philosophãtes. vt Aristo. plato & alĳ omnes posuerũt vnũ esse deũ primã causam & omnipotentẽ & sibi attribuerũt oĩa que ducunt ad perfectionẽ. vt patet exp̃sse p philosophũ. xĳ. meta. vbi cõcludit: vnus ergo princeps. Qm̃ vero hic de dite deo fit mentio: ideo gratia eius sciendũ est ꝙ dis ditis idẽ ẽ qđ pluto: & fuit vnus filiorũ Saturni. iuxta illa metra. Iupiter astra fretũ neptunus tartara pluto: Regna paterna tenent: tres tria quisq̧ suũ. Est ergo pluto deus infernorũ & tenebrarũ. Describitur aũt ho mo terribilis in solio sulphureo sedens tenẽs sceptrũ regale calcans sub pedibus suis cerberũ triplicẽ: iuxta se erãt tres furie principales infernales & tres arpie de throno eius sulphureo exeunt q̃ttuor flu mina. s. coccytus: lethe: flegeton. & styx. ꝓpe ip̃m sedet regina here/di ꝓserpina. Allego. iste pluto est lucifer ille princeps tenebrarũ dia/bolus: cuius vxor est ꝓserpina. i. iniquitas: & omnis malicia sedet in solio sulphureo: hoc est in corde sordido & fetido ꝓpter duriciam vbi dominatur. Et si in anima alicuiꝰ peccatoris rapiatur ip̃e diabo lus vbi etiã reperiuntur innumere alie pestes & alia vicia multa: vt cerberus. i. auaricia: furie. i. concupiscẽtia: arpie ille aues immundissi/me. i. rapina. Iste arpie sunt tres: scilicet etelle: occipite. & celene: sicut sunt tres species rapinarũ scilicet publica que fit per tyrannos. occul ta per vsurarios: frauduleta per baliuos & p̃positos qui tenent pre/posituras suas vt suas maxime: cum tñ potius deberent dari certa stipendia ꝑ exercitio illorũ q̃ ab eis poscere aliquid: vt dicunt legi/ste ne daretur occasio iniuste & indebite extorquẽdi pecunias pau/peribus: & ista rapina figurat Dañ. viĳ. vbi fit mentio de vrso qui habebat tres ordines dentium: vel iste pluto potest significare queli bet malum & austerum principem vel prelatũ. cuius vxor est aua/

ricia & rapina. Solium aūt habet sulphureū.i.vile. Nomen infame & vituperabile:iuxta quē habitant multa genera hoīm peruersorū & malignorū cōsiliariorū & officiariorū. Super isto videatur aliter Fulgētius. ¶ Const. O noīa mille deū.i.deorū syncopa vsitata: & debet legi ista littera ipallagice. & hoc est o dīj mille noīm defendite.i. ꝓtegite:adiuuate vestrū vatē.i.me vestrū pugilē. O vos dīj qui colitis.i.honoratis:ditem.i.plutonē:deū inferni:iuxta hūc versum. Dis ꝓ plutone ꝓ diuite dis quoqꝫ pone. Et est mascu.gene. ꝓ diuite ꝙ cōis ge. O dīj etiā qui colitis regionē stelliferā.i.ferentē stellas.i. celū: hoc est o dīj celicole qui colitis partes varias mūdi: & qui colitis stagna: Dicit̄ aqua artificialiter stans:abyssi:abyssus ſm Cathol̄. dicit̄ ꝓfunditas aquarū impenetrabilis vel spelunca aquarū latitantiū: & dicitur quasi sine bysso.i.candore: vl̄ dicitur quasi ad ipm:quia ad ipm tanqꝫ ad matrē oēs aquę reuertūtur: tonātis.i.resonantis. O nomina inquā mille deū vt prius & iste versus repetitur in quo pseustis suā orationē cōgeminat & inuocationē deorum.

Par ideoqꝫ deus maiestas gloria virtus
Quod fuit est & erit te collaudat tibi seruit
Cui tres ꝑsone tria noīa sunt sine fine
Tu sine principio nos vincere falsa iubeto.

¶ In hac parte ꝓportionabiliter alithia facit inuocatiōem vnius veri dei dicens. O deus cuius est maiestas virtus & gloria:cui oīa ꝑsentia & futura subseruiūt qui es trinus in personis & vnus in essentia:habens tria nomina scilicet nomen patris & filīj & spiritussancti Tu inquā o summe deus qui nō habuisti principium: nec habebis finē supplico tibi quatinus me adiuuare & dirigere digneris vt falsitatem pseustis deuincere & superare possim. Sciendum est hic ꝙ si pseustis inuocauerit sua numina sicut prius inuocauit. & in ipis suam spem totam deposuerit:qui cum vt dicitur in Psal. Aures habēt & non audient:nares habent & non odorabunt.merito alithia per quam anima fidelis & deuota intelligitur recurrit ad dominū sponsum suum ab ipo auxilium expostulans: & iuxta documentū. Psal. Iacta cogitatum tuum in domino & ipe te enutriet:quoniā sperantem in domino misericordia circūdabit. Aduertēdum est vlterius ꝙ in.xīj.meta. solet reprobari & tractari late ꝙ est ponendus deus qui est omnium rerum primus princeps.vnde ratio & bonum & perfectio vniuersi consistit in ordine entium naturaliū inter se & in ordine ad vnum primum ad quod omnia ordinantur. Et ideo elementa sunt ordinata propter mixta:mixta propter animalia bruta

& bruta propter homines: & inferiora propter superiora: superiora ꝑpter intelligentias & intelligentie propter vnum deum primum. Item primus princeps iste scilicet deus ipsum est semper necesse esse: sed illud necesse nō potest multiplicari: quia si sic iam esset multiplicatum: quia in eternis posse & esse nō differūt patet. ij. Physi. vel ergo necesse esse esset multiplicatū ad finita vel ad infinita. Nō scd'm: quia in nulla specie multiplicatio indiuiduorum est determinata: ergo ad infinita. & ibi omnia possibilia deo sunt: ergo infinita sunt necesse esse: videntur ibi alię rationes. Et latius ponūtur per Albertum magnum in suo tractatu de causis vbi profundissime ista materia pertractatur: & ad idem in propositionibus Procli a quo factus est alius tractatus qui intitulatur liber de causis: vbi ista materia subtilissime pertractatur. Considerādum est vlterius ꝙ beatus Bernar. dicit sic ad deum. ꝗ diues es in via magnificus in iusticia ꝗ munificus in gratia domine deus noster: non est qui similis sit tibi: respicis humiles misericorditer saluas peccatores. & Aug. super. g. sermōe. xxx. Deus tibi totū est. Si esurieris panis tibi est. si sitis aqua tibi est: si es in tenebris lumē tibi est: si nudus es: & vestis tibi &c. Aduertendum est consequenter ꝙ vt tenet fides catholica: deus est trinus in personis vnus in essentia: sicut patet in symbolo Athanasij scilicet Quicūꝗ vult &c. & in symbolo apostolorū. Credo in deum &c. Et pro ista benedictissima trinitate videant̄ tractata in primo sententiarum in textu per Magistrum & alios doctores theologie vbi etiam tractat̄ materia de processione spiritussancti ab vtroꝗ: scilicet a patre & filio. In quo puncto principali est discordia inter nos latinos & græcos: ideo laborandum esset ad vnionem ipsorum nobiscum vnione tamen prius inter nos facta. ¶ Construe O deus existens vel qui es par: id est æqualis patri & filio & spirituisancto: quia sunt tres persone: vnus tamen est deus omnipotēs: ꝗ pro &: idem. id est eadem essentia in trinitate personarum. tu dico maiestas quantum ad patrem: gloria quantum ad filium: virtus quantum ad spiritumsanctum. De attributis diuinis non est hic videndū: quia materia illa per theologos pertractatur. Et cuilibet istorum potest intelligi hoc sit tibi. distinguendo: maiestas sit tibi &c. cui scilicet deo: tres persone sunt scilicet pater & filius & spiritussanctus: tria nomina. sunt etiam sine fine: hoc est eternaliter. Illud quod est in præsenti: fuit in p̄terito & erit in futuro: collaudat te seruit tibi. quia tu es dn̄s dn̄orū &c. Tu inquā qui es sine principio: iubeto nos. i. p̄cipito vt̄ velis & ꝑmittito nos qui ꝑ veritate tuēda decertamꝰ: vincere. i. supare falsa & tenet̄ neutraliter. i. falsitates hominū & fraudes

hereticorū. Et sic patet ꝙ sicut pseustis primus inuocat sua numina: ita alithia hic inuocat vnum verum deum omnipotentē eternum gloriosum infinitum & ineffabilē.

Certauere sequi demissis frondibus orni
Orphea ꝑ siluas modulantē carminis odas
Erudicē motis que regna tenent acherontis
Conditione graui iussit ꝓserpina reddi.

¶ Facta inuocatione ecce pseustis aggredit̄ materiā vel disputationē vel altercationē inchoat: vel inchoata prius cōfidenter cōtinuat. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponitur ficta pseustis propositio. secūdo alithie vera narratio: ibi. Ne regis corpus. primo dicit̄ sic breuiter ꝙ arbores sequebātur orpheū per siluas melodiose cū instrumētis musicalibus resonantē. dicit præterea ꝙ dea infernorū voluit ꝙ erudices orpheo restitueret̄ tali cōditione graui adiecta ꝙ si ipe retro aspiceret ipa ad inferos rediret. Ista fabula habet̄ ab Ouidio de trāsformatis in principio. xi. lib. vbi de morte orphei. sed in principio. x. tāgitur fabula de erudice. Sciendū ergo ꝙ orpheus sūmus vates fuit & musicus filius phębi & caliopes vt tāgit maro in bucolicis: habuit vxorē erudicē: quę colligēs flores pedibus pressit serpentē a quo inuenenata mortua est & descēdit ad inferos. Orpheus ita dulciter corā dijs infernalibus cū lyra cātauit qđ ꝓserpina dea infernorū ei vxorē erudicē cōcessit tali pacto qđ si retro se respiceret eā statim ꝑderet & ad inferos rediret. Et quia eūdo & incedendo retro se aspexit: ideo ipa redijt ad inferos: quā nunꝗ̄ recupare potuit. Veritas historica fuit vt dicūt orpheus fuit homo eloquens & discretus: ita vt hoīes passim ꝑ agros bestiarū more vagātes ad ciuilitatē & vitę honestatē redigeret: & cōformiter ad sententiā Tullij in ꝓemio veteris rhetoricę: vbi recōmēdat̄ facultas oratoria. Istā fabulā exponūt glosę cōmunes ꝑ orpheū intelligēdo eloquētiā: ꝑ erudicē mētis discretionē & sapientiā que est amica & vxor eloquētię inquiēte Cicerōe vbi nuꝑ allegabat̄. Ad me quidē cogitātē &c. Iō ipe hāc potissimā sniā3 di. vt existiaui sapiā3 sine eloquētia parū ꝓdesse citatib⁹. Eloq̄ntiā v̄o sine sapiā nimiū obesse plerūꝗ̄ ꝓdesse nūꝗ̄. Ista descriptio lesa est a serpente & detrusa ad inferos qn̄ dedit̄ terrenis & ambitiōi & talibus & sæpe: vt ait Hiero. insipientes & idiotę: & simplices celū rapiūt: nos aūt cū litteris nostris ad inferna demergimur. Ista erudice ꝑ oratiōes & instructiones orphei reuocata erat ad viam salutis. sed reincidit & recidiuauit in peccata priora. & sicut canis redijt ad vomitū: ideo ꝑpetuo īferno tenebitur. vel orpheus:

p̄otest significare rōnem: cuius comes est erudice.i.sensualitas volu
ptatibus dedita quā nititur retrahere ratio: quia sp̄ remurmurat: si
cut patet de synderesi sup̄iori illa portiōe rōnis quę nunq̄ extingui
tur vt dicūt theologi.reuocatur aūt sensualitas a vicijs per dulcedi/
nem p̄lationū & per lecturā scripturarū: sed homo ip̄e nimis sensu
alitati obediēs & p̄mittēs rōnem que dn̄a esse debuerat ancillari ad
infernū iterū descēdit quādo vires inferiores nō plene obediunt su
perioribus & in tali differentia viriū & rebellione damnabit̄ sine re
demptione.Ista est explanatio glosę cōmunis: vltra ista dico qđ or
pheus est christus filius solis.i.dei patris & vxor amica eius est hūa/
na natura quā deus dilexit: & eam serpens.i.diabolus tentauit & pec
care fecit vt visum est prius in illo textu.Incola primus homo &c.
Et ita omnes descenderūt ad inferos ante passionē christi.Sed idem
christus misertus humanę naturę quā creauerat & participē sue glo
rię cōstituerat eam ab inferis liberauit.tamē tali pacto qđ si peccaret
ad infernū descēderet a quo nunq̄ liberaret̄. Consequēter redeun
do ad primā partē textus: sciendū est qđ postea orpheus cōtemne/
bat omnes mulieres & ascendit quendā montē vbi dulcissime cū ly
ra sua resonabat adeo vt arbores venerūt ad audiendū melodiam
illius carminis: & stabāt per ordinem iuxta ip̄m.Ita em̄ saxa lapides:
aues: lepores & talia.Iste orpheus est doctor sanctus vl' p̄dicator iu
stus qui de inferno.i.de mūdo venit ad acumen montis ad cōtem/
platione dei: & lecturā scripturarū sua sancta p̄dicatione & vita pec
catores lapideos & induratos & erectos p̄ superbiā cōuertit ad pe/
nitentiā & vitā rectam.Contingit aūt quādoq̄ qđ quia vir iste fu/
git mulieres & palā viciosos: earū mores predicat: offēditur ab eis
quādoq̄ occiditur taliter grauatur sicut di. Oui.qđ mulieres orphe
um finaliter occiderunt.¶ Constr. orni scilicet ille arbores: certaue/
re.i.certauerūt.sequi orphea.i.orpheū: actūs est græcus: iuxta illud
alexādri. Cum tenet eus græcus aliquādo fit p̄ a quartus.modulan
te.i.cū modulis musicis disponentē & canentē.odas.i. notabulas. &
inde dicit̄ melodia.& inde etiā dicitur odo p̄priū nomē: quia odo/
les sunt alacres: leti: hilares et gaudētes: vel dicit̄ odo quasi odorem
dans omnibus p̄ etymologiā.et est odo nomen p̄fectissimū.p̄pter
duplicē figurā sphericā que inter figuras isopete metrales est perfe/
ctissima: sicut declarari solet circa primū de celo vbi tractat̄ materia
de spheritate celi.Vnde o est l̄ra spherica significās p̄fectionē.et hoc
nomē bis ponit̄ ad denotandū maiorē perfectionē odonis.vel ety
mologizat̄ odo quasi oīa dans oībus.p̄pter eius liberalitatē magni
ficentissimā & largitatē: vel dicit̄ quasi demonē opprimēs p̄ cōstan/
tiā et virtutē.vl' etymologizat̄ q̄si oē diuinū obtinēs quasi ip̄e sit de

numero electorũ & pdestinatorũ: vel dicit̃ odo ab ardore virtutũ & honestate vitę. Odas ergo carminis. i. cãtilene. & est carmẽ equiuocũ vt ponit Ebrardus. Carmẽ dictamen & c. p siluas. i. p nemora: & dicit̃ a sileo les. & hoc dico frõdibus. i. folijs seu ramis: demissis. i. deorsum missis & depssis: pserpina illa dea vxor plutonis: iussit. i. precepit: pmisit. erudicẽ. i. illã mulierẽ: reddi. i. orpheo restitui conditione graui iã declarata: & hoc dico illis motis. i. cõmotis p dulcedinẽ cantus & melodię qui tenẽt. i. obtinent & inhabitãt regna tenebrosa & opaca acherontis. i. inferni acheron. dicit̃ ab a quod est sine & chere salus quasi sine salute.

Ne regis corpus vexaret predo malignus
Chordarũ musa puer adiuuit citharista
Cuius erat studiũ pelles tondere bidentũ
Temporis articulo successit dextera sceptro.

¶In hac parte ponit alithia historiã vbi incipit narrare gesta aliarũ duarũ etatũ. Et diuidit̃ in duas partes principales. Primo agitur de quarta etate in tpe Regũ. secũdo de quĩta. scd'a ibi. Inscius esse. Itẽ primo ponunt̃ historię regũ. vn⁹ regnabat sup totũ populũ. Secũdo quando regnũ diuisum est pꝑter peccata Salomonis. scd'a ibi. Nubes ethereas. Itẽ prima in duas. Primo de duobus primis agit̃. secũdo de tertio. scd'a ibi. omĩpotẽs idide. In prima pte dicit sic. Dauid citharista impẽdebat melodiã chordarũ ne diabolus vexaret corp⁹ saulis. Dicit p̃terea qd' studiũ Dauid erat in tonsiõe ouiũ: sed statim post effectus est rex. Præsens historia originaliter scribit̃. i. Reg. xvi. ca. Et postq̃ in pcedentibus expedite sunt materię librorũ Numeri & Iudicũ: & explanãdo primã partẽ nostri textus: Sciendũ est qd' Israelitarũ primus rex fuit dictus Saul qui ex mandato dñi quandã ciuitatẽ destruxit. Illi aũt deus inhibuerat ne aurum aut bona alia ab ea secũ ferret: sed ip̃e captus auri pulcritudine ip̃um secũ asportauit. Vnde iratus deus ab ip̃o sp̃ũmsc̃m retraxit & eũ sp̃ũ maligno vexari pmisit. Et vt in fine istius ca. ad ppositum textus quãdoq; sp̃ũs malign⁹ arripiebat Saul. Dauid aũt tollebat citharã & pcutiebat eã manu sua & refocillabatur Saul. & leuius habebat: ab eo em̃ recedebat sp̃ũs malignus. Saul potest significare om̃es homĩes mortales: qui cupiditate & ambitiõe temporaliũ bonorũ detenti a sp̃ũ maligno scilicet a diabolo agunt̃ & ad oĩa facinora eorũ animus ĩpellit̃. Dauid em̃ significat chr̃m qui interp̃tat̃ manu fortis & aspectu desiderabil' q ip̃os hoĩes ab erroneo calle ad v̾tutũ tramitẽ dirigit: & sic demonẽ impedit ne noceat hoĩbus p suas versutias & tentatio-

